Omnibus ſic quieſcentibus protrahe filuꝫ a centro mundi ad centrū corporis lune in epiciclo ſignatum ⁊ locus interſectionis huius vltimi fili in ſignis ac gra. zodiaci magne rote erit verus locus lune ad horam meridiei queſiti in anno non biſextili.

Inuento vero loco lune ad meridiem alicuius diei ⁊ ad horam ſeu horas ante vel poſt ſcire deſideras: protrahas filum per quem meridiem diei habuiſti per tot horas ibi ſignatas ante vel poſt ad diem ī quo meridiem habuiſti ⁊ per tot horas erit ante vel poſt meridiem.

Mediū ac veꝝ motū lune argumētū mediū ac veꝝ eq̄tiones cētri ac argumēti oēs quoqꝫ alios theoricales terminos quomodo ꝑ eq̄toriū habent̃ ſine alia explicatiōe ꝑ figurā īferius poſitā manifeſte apparēt.


E
C
Epi.
C.
M
AVX D
Oppositum
A
Aries
Taurus

A.B. Medius motus Lune.
D.B. Centrum medium.
B.E. In epiciclo equatio centri.
F.E. In epiciclo argumentum medium.
F.B. Argumentum verum in epiciclo.
B.F. Equatio argumenti prima in zodiaco.
B.F. In zodiaco eſt equatio argumenti ſecunda.
A.F. In zodiaco eſt verus motus Lune ſcd̃m ſucceſſionez ſignorum.

De retrogradationibus directionibus ac ſtationibus planetaꝝ.


Hucuſqꝫ de motu omnium planetarum ſcd̃m longitudinem ipſoruꝫ i zodiaco diximus: ſed cum in tali motu aliqua planetis accidunt. Ideo de ipſis hucuſqꝫ diſtulimus: primo terminos declaramus demum figuram iungemus qua mediāte omnia clare apparebunt.

Directus planeta dicitur cum motus ecentrici ac epicicli inſimul ducunt planetam ab occidente in orientem.

Retrogradus vero quando epiciclus ducit corpus planete ab oriente in occidentē contra motum deſcriptum.

Stationarius dicitur quando eſt inter directionem ⁊ ſtationem cum directio ⁊ ſtatio ſint motus contrarij inter ipſos datur quies media ⁊ tunc dicitur ſtationarius: ⁊ in vnica reuolutione epicicli bine ſunt. Nā prima ſtatio dicitur quando planeta eſt in contactu linee ꝓtracte a centro equantis ad ipſum epiciclum: ex parte oriētis ⁊ tunc incipit retrogradari ⁊ cum eſt in parte ſuperiori epicicli eſt retrogradus cum vero fuerit in linea que ēt protrahitur a centro equantis ad cōtractum epicicli a parte occidentis dicitur eſſe i ſtatione ſcd̃a: ⁊ tunc incipit dirigi vt in ſubſequenti figura manifeſte apparet.

Per equatorium hec ſcimus cum videmus motum eius nunc augeri nūc minui ſeu ꝓtrahamus a centro equātis ipſoꝝ dictas lineas.



Aduertas qd ſol nullum horum accidẽtium patitur cum epiciclũ nõ habet: ⁊ luna licet habeat epiciclum nõ nominatur dictis nominibus ratione velocitatis motus ſed tantum velox aut tarda motu: ſeu equalis dicitur: ⁊ cum per contrariuꝫ ad alios planetas in epiciclo mouetur ⁊ per contrarium ſua accidentia iudicare debemus: nam in ſuperiori parte epicicli dicitur *velox curſu in inferiori* tarda ⁊ ĩ ſtationibuſ equalis curſu.

De inuentione medie ꝯiunctionis ac oppoſitiõis ſolis ⁊ lune.

ADuertas qd quotienſcũqꝫ cum equatorio inuenies lineam augis eſſe eãdem cum linea medij motus lune pro certo ſcias eadem die per.12.horas ante aut per.12. poſt debere eſſe coniũctionem aut oppoſitionẽ ſolis ac lune ⁊ rõne huius cognitionis tabuliſte vocant mediam coniũctionẽ ac oppoſititionẽ ſolis ⁊ lune ⁊ ad hoc inueniendum tabulas fabricarunt.

De inuentione vere coniunctionis ac oppoſitionis.

EA die in qua linea medij motus lune eſt coniuncta cum linea augis inuenias verum locuꝫ ſolis ac veruꝫ locum lune: ⁊ ſi ambo ĩ vno ac eodem gradu fuerint pro certo ad meridiem illius diei erit coniunctio. Si vero luna preceſſerit ſolem coniunctionem

pertranſitam eē ſcias ante meridiem illius diei: ſi vero ſol lunam pte-
ſerit coniunctio adhuc non fuit: ſed fiet eodem die poſt meridiem: cum
veram coniunctionem ſcire volumus vide differētiam ideſt quot gra.
aut mi. ſunt inter lunam ⁊ ſolem ⁊ pro quolibet ipſorum gra. ſumas
duas horas fere: ⁊ addentur ſupra meridiem illius diei: ſi ſol anteceſſe-
rit lineam: ſi vero luna anteceſſerit ſolem ſubtrahātur due hore ꝑ quo-
libet gradu a meridie illius diei ⁊ hore que remanent intelligunt̄ poſt
meridiem antecedentis diei cum in taquino ponuntur: ⁊ ſic habes ve-
ram coniunctionem.

De inuentione vere oppoſitionis.

SI vero vt diximus linea augis eadem fuerit cū linea medij mo-
tus lune ⁊ inuentis veris locis tam ſolis ꝙ lune ⁊ fuerint in op-
poſitis locis in Zodiaco preciſe ſcias eadem die in meridie eſſe
oppoſitionem: ⁊ tunc media oppoſitio eadem erit cum vera. Si vero
ſol fuerit plus in gradibus loci oppoſiti ad lunā fiet oppoſitio poſt me-
ridiē: ſi vero ſol fuerit minus in gra. ideſt ꝙ nō adhuc ꝑuenerit ad op-
poſitum gra. lune ſcias oppoſittionē eſſe ante meridiem ⁊ ꝑ differentiā
gradus loci ſolis ad lunam operare ſicut dictum eſt in coniunctione vi-
dendo per quot gradus luna pertranſiuit ſolem: ⁊ pro quolibet grad.
demere duas horas a meridie illius diei ⁊ annotar̄ horas ī taeuino ad
meridiem antecedentis diei: ſi vero adhuc luna non peruenit ad locuȝ
oppoſitū ſolis vide ꝑ quot gra. diſtat ⁊ mō dicto capias horas duas ꝑ
gra. ⁊ addas ſupra meridiē illius diei ⁊ ſic habebis verā oppoſitionem.
Non ignores ꝙuis nullam mentionē fecimus ſi in differētia adeſſent
minuta pro quolibet minuto grad. accipere duo minuta hore vt preci-
ſius agamus.
Aduertas ēt ꝙ luna aliquando mouetur in hora plus duorum grad. ⁊
aliquando minus: ⁊ ad hoc inueniendum habito vero loco lune in me-
ridie vnius diei ⁊ ī ſequēti vel antecedenti die iterum inuenies: ⁊ diffe-
rentiā que eſt inter hos motus diuide per. 24. ⁊ habebis quātum luna
mouetur in hora ⁊ adde aut minue vt ſupra dictum eſt.
Si vero diuidere nō poſſes illud multiplica per. 60. ⁊ reſultatum erit
minuta graduū. ⁊ poſt diuidas per. 24. ⁊ ī quotiente habebis minuta
gra. ⁊ ſic vlterius poſſemus procedere: vt intelligentibus patet.

Modum inueſtigandi ſi in aliqua coniunctione vel oppoſi
ſitione fuerit epiciclus Solis aut Lune.

HAbito tempore vere coniunctionis aut oppoſitiōis ⁊ ſcire deſideras an in illis fuerint ecclipſes: ad idem tempus ſcias verum locum capitis ac caude ſcđꝫ canones iam dictos ⁊ vide diſtantiam que eſt inter lunam ⁊ caput draconis aut inter lunam ⁊ caudam draconis: que ſi minor.12.gra.fuerit poſſibilitatē ecclipſis ſcias nō tamen neceſſitatem ⁊ quāto minor erit diſtantia lune a capite aut cauda tāto maior erit ecclipſis. Si vero diſtantia erit maior.12.gra.ecclipſim omnino impoſſibilem fieri iudicas habita poſſibilitate ad tabulas diuerſitatis aſpectus recurras: ⁊ ex his ſcies an fiet aut non.

Quomodo in calculis in biſextili āno ꝓcedere debes ⁊ unde ꝓcedit.

CUm in biſextili anno in fine Februarij vnus dies addatur taliſqꝫ additio hac ratione fit cum annus ſit quātitas temporis cōmenſurata per diſcurſum ſolis per totuꝫ Zodiacū ſemel qđ fit in.365.diebus quinqꝫ horis mi.49.⁊ ſcđis.16.⁊ cuꝫ he hore in quatuor annis conſtituunt quaſi vnum diem vt ſol reuertatur ad priſtinū locū in quo fuit in.4.anno addit talis dies. Et nota ꝙ plus addimus omni āno mi.10.⁊.ſcđa.44.adeo qđ hec minuta cū ſcđis ſimul aggregatis in centum annis reſultant ꝓ quantitate vnius diei ⁊ tantuꝫ facit ſolem retrocedere nō qđ ipſe retrocedat: ſed mutantur denominationes eorum. Et ꝙ hoc ſit verum tali experientia probatur. Nam incarnatio xp̄i fuit ſole exiſtente in primo puncto Arietis ⁊ ſunt quaſi quindecim centenaria annorum qđ hoc fuit ⁊ in preſenti anno ſol intrat arietem parum plus decimo die. Ecce quomodo quantum ad eſſe ſolis decimus dies deberet denominari.25. Et ſic durante mundo nō ſolum dies mutabunt denominationem: ſed ⁊ mēſes in reſpectu ſolis. Ad propoſitum noſtrum redeundo dico ꝙ ſi in anno biſextili motum alicuius planete aut aliā oꝑationē in eq̄torio facere intendis ⁊ ad hoc tp̄s februarius trāſactus fuerit in biſextili anno: ſemꝑ debemus q̄rere ad unam diē plus ⁊ hoc facies per totum illum annū rōne diei additi trāſacto vero dicto anno relicto illo die agas vt in canonibus dictū eſt

Modum componendi Almanach magnum.

EX ſuperius habitis ac bene intellectis: ordinata pagina diſtincta per dies mēſium ac per columnas planetarum: vt mos eſt: in quibus motus ipſoꝝ ſcribuntur. Quere verum locum ſaturni ac Jouis de q̄nqꝫ ī quinqꝫ dies: poſtea per ītermedios dies proportionaliter diuide quantitatem gra.et mi.inter hec duo loca cōprehenſa

⁊ vnicuiq; nota in lineis ſuam proportionem Martis Solis Vene ris ac Mercurij cū velociores antedictis exiſtāt facias de. tres in tres dies: in luna vero opportet inuenire de die in diem aut de. ſecundo die in ſecundum diem ⁊ de omnibus agere: vt in ſaturno ac ioue diximus Cum vero aliquos planetas retrogrados inuenies varia colorem in ſcriptura aut ex croco tinges quouſq; incipiet dirigere.

De reductione huius motus equatorij ad oēs ciuitates ſeu loca.

SCire debes ꝙ omnis compoſitio inſtrumenti ſeu tabularum fundatur in ſuo motu ad aliquem locum determinatum ⁊ calculationes confecte cum illis inſtrumentis ſiue tabulis ad meridianum illius loci vere ſunt ac ēt verificantur in alijs locis habentibus eundem meridianum. Sed vt tales calculationes vīes ſint neceſſe eſt nomen ciuitatis ſeu loci notificare: Dico iſtud equatorium fuiſſe ordinatum ad meridianum mediolani: Si vero tales calculatiōes vere in alijs locis habere intendimus videamus quantum addendū aut minuendum ſit ad illas reſpectu vlme ſeu mediolani: ⁊ hoc per infraſcriptā tabulā cōprehendes: nā vbi ſcriptū eſt. M. minuēdū eſt tātum tp̄s de calculo facto ī ciuitate vbi ſcriptū eſt tale. M. reſpectu mediolani: ſi vͦo ſcriptū eſt. A. addendū eſt ꝙtitas tp̄is in infraſcripta tabula notata et cū nominibus ciuitatum ac etiam eleuatione Poli.

Aduerte ꝙ non oēs ciuitates in tabula poſita ſunt: ⁊ cum volumus ſcire de ciuitatibus non poſitis quid addēdum ſeu minuendū ſit videamus que ciuitas in tabula poſita magis propīqua ſit illi ciuitati ⁊ ſcd᷒ additionem ſeu minutionem illius arguimus quid addendum ſeu minuendum ſit ciuitati non poſite: poſſumus ēt alio modo inuenire additionem ſeu minutionem ciuitatum per horam ecclipſium: nam ſi talis ecclipſis eadem hora fiat in illa ciuitate vt ex equatorio habuiſti tūc nihil debet addi qd̕ habet eundem meridianum cum mediolano. Si vͦo citius fiet ecclipſis a tēpore in equatorio inuento tantum debemus minuere ad illam ciuitatem quantum eſt tempus anticipationis: ⁊ ſimiliter ſi tardius fiet a tempore deſcripto in equatorio tantum debemus addere: ⁊ ſic habemus veram reductionem.

Cum volumus inuenire vera loca planetaꝝ ī aliq̄ ciuitate opportet videre q̄d addendū ſeu minuēdū ſit illi ciuitati q̄ additio ſeu minutio eſt differētia meridiani illius ciuitatis a ciuitate nurēbarge ⁊ videre ꝙtu; in tāto tp̄e mouent̄ planete: ⁊ illud addere ſeu minuere ad motū plane

taꝝ habebis vera loca planetaꝝ in illa ciuitate. Et vt illud facile iuenia mus ponam tabulam mediorum motuum omnium planetaꝝ ⁊ quantum vnuſquiſqȝ mouetur in hora: ⁊ in mi.hor. verum cuȝ ♀ ⁊ ☿ equaliter moueatur cum ſole eorum motus inuentio erit in linea ſolis.

Incipit Tabula Regionum.

		h.	mi.	gra.			h	mi.	gra.
Hibernia	M	1	16	56	Madeburgum	A	0	16	54
Scotia	M	0	30	59	Erfordia	A	0	[illegible]	51
Oxonium	M	0	52	53	Lips	A	0	1[illegible]	[illegible]1
Compoſtelluz	M	1	40	45	Ingelſtadium	A	0	4	49
Liſibona	M	1	40	41	Piſaurum	A	0	13	45
Toletum	M	1	24	41	Nurēberga	A	0	0	49
Corduba	M	1	27	38	Ratiſbona	A	0	4	49
Ceſarauguſta	M	1	6	41	Vlma	A	0	0	47
Rothomagꝰ	M	0	43	50	Praga	A	0	24	50
Pariſius	M	0	30	48	Vratiſlauia	A	0	40	51
Lugdunum	M	0	31	45	Cracouia	A	0	56	51
Burdigala	M	0	52	45	Buda	A	0	50	47
Auinio	M	0	32	44	Segna	A	0	32	45
Toloſa	M	0	43	43	vienna panoñ	A	0	15	48
Viēna.puitie	M	0	30	44	Patauia	A	0	10	48
Marſilia	M	0	28	43	Salzeburgū	A	0	12	48
Prugis	M	0	36	52	Judeburgum	A	0	14	47
Gandauum	M	0	24	52	Villacum	A	0	13	46
Traiectum	M	0	12	53	Brixina	A	0	8	45
Colonia ag.	M	0	13	51	Venetie	A	0	10	45
Machlinia	M	0	24	51	Ancona	A	0	14	44
Maguntia	M	0	15	50	Roma	A	0	20	42
Herbipolis	M	0	4	50	Tarentum	A	0	44	40
Argentina	M	0	12	47	Brunduſium	A	0	40	39
Conſtantia	M	0	10	46	Neapolis	A	0	36	41
Auguſta vinđ	A	0	10	46	Florentia	A	0	10	43
Datia	A	0	36	58	Mediolanum	A	0	0	44
Suetia	A	0	28	62	Taurinum	M	0	2	43
Lubeca	A	0	16	56	Genua	M	0	4	43
Dantiſcum	A	0	56	56	Sardinia	A	0	2	38
Prunſuiga	A	0	0	53	Sicilia	A	0	30	37

De inuẽtione qua hora fiẽt aſpectus ⁊ de mō ponẽdi i almanach.

Spectus quoqȝ planetarum in lineis ſuis ſituantur ⁊ in quā illud fiet cum luna: ⁊ hoc inuenies eo modo quo diximus ſupra in coniunctione Solis ⁊ Lune: Aſpectus vero planetarū inter ſe ponuntur extra lineas ſine horis quos cognoſces per loca ipſorum in zodiaco: vt ex canonibus aſpectuum apparebit: ſed ſi veram horam ſcire deſideras inuenias motum ipſorum ad meridiem diei i quo exiſtimas tale aſpectum fore ⁊ vide ſi ambo ſunt in ꝓportione aſpectus tunc in meridie illius diei erit talis aſpectus. Si vero diſtāt vide leuiorem .i. velociorem in motu: ſi eſt tardioris planete in motū ante vel poſt in grad. zodiaci in hora meridiei vide quantum leuior mouetur in vna hora ⁊ quantum ⁊ tardior in eadem hora mouetur ⁊ totiens hoc fac quouſqȝ in proportione alicuius aſpectus inuenies ⁊ ſic habebis tēpus verum in horis omnium aſpectuum.

Declaratio quid ſit aſpectus.

Spectus eſt quedam ꝓportio determinata Zodiaci inter planetas cum quadam conuenientia ſeu diſconuenientia planetarum adinuicem: ⁊ hec quinqȝ modis dicit̃ ſextilis quadratus trinus. Oppoſitus ac coniunctus Sextilis dicit̃ a ſexta parte Zodiaci quādo īter planetas ē diſtātia. 60. gra. Quadratus a quarta parte. 90. gra. Trinus a tertia. 120. gra. Oppoſitus. 180. gr. Cōiunctus ṽo quando in vno grad. ſunt aut infra metas ſuorum orbium: vt in ſole per. 15. grad. ante ⁊. 15. poſt: in Luna. 12. in Saturno ac Ioue. 9. in Marte. 8. in Venere ac Mercurio. 7. grad. Et tali modo ſigurantur ✳ ſextilis △ Trinus □ Quadratus ☍ oppoſitus ⁊ ☌ coniunctio.

Significationes aſpectuum.

Aſpectus trinus lune tibi gaudia ſumma
Sextilis medium preſtat amicitiam.
Peſſima cuȝ iuncta eſt fraterniſqȝ obuia flammis:
At quartus mediā fert inimicitiam.

Quantum vnuſquiſqȝ planetarum mouetur in die horis ⁊ mi. hore per medium motum.

T ne tot labores ſint in inueniendo motum omnium planetarum in temporibus neceſſarijs pro aſpectibus ponam motuȝ eorum ſecundū medium motuȝ cum a vero parum differt: ſed preciſius eſſet cum vero

In die.	grá.	m.	2.	In hora	grá.	m.	2.
Saturnus mouet	0	2	1	Saturnus	0	0	5
Juppiter	0	4	59	Juppiter	0	0	12
Mars	0	31	27	Mars	0	11	9
Sol venus ac mer.	0	59	8	Sol venus ac mer.	0	2	28
Luna	13	10	35	Luna	0	32	56
Caput draconis	0	31	1	Caput draconis	0	0	8

Declaratio ſexte tabule que de aſtrolabio phiſico intitulatur.

c Um neceſſe ſit in omni inſtrumēto terminos ac partes ipſius prius ītelligere anteq̄ ad operationes deueniamus: ideo prius partes ponam demū opationes vt eius vtilitas pfecte habeatur.

In ſuperiori parte huius tabule eſt armilla vbi tabule nomen poſitum eſt: in extremitate huius rotule ſunt circuli cauſantes quattuor ſpatia. Primum ſpacium eſt ſpacium horarum: ſcd̄m ſpatium eſt graduū continens in ſe expanſos ac collectos ānotatos per.10.vſq₃ ad.180.in oppoſito armille: et dicitur limbus.

Adſunt preterea due linee: vna deſcendens ab armilla per centrum inſtrumenti: et altera ex tranſuerſo cauſans angulos rectos in centro inſtrumenti: Prima dicitur linea meridiei a centro ſupra: et in inferiori parte medie noctis: altera linea in dextra dicitur orietis in ſiniſtra occidentis: vt manifeſte apparet ex inſcriptione.

Que linee cum ſex alijs lineis tranſeuntibus per centru₃ diuidunt alia duo ſpacia ſuperius dicta in circuitu inſtrumenti in.16.portiones equales que anguli dicuntur: nam quattuor principales a primis lineis cauſantur et dicuntur cretici: quattuor vero linee: nō inmediate his ſequētibus dicuntur anguli īdicatiui: relique.8.intermedie dicuntur anguli periodici: vt clarius apparet ex inſtrumento dierum creticorum.

In quarto vero ſpatio circulorum ſunt numeri oſtendentes latitudinē cuiuſlibet regionis ſe adherentes proprijs lineis circularibus que dicū tur linee orizontis obliqui circuli quarum quelibet totum orbem terre in duas ſecat partes equales ac diuidens inferius emiſperium a ſuperiori emiſperio.i.quantitatem diei a quantitate noctis: vt et quēadmodum orizon. rectus diuidit.

Non immemor ſis tres circulos concentricos eſſe cum rotula quoru₃ propinquior centro cancri circulus dicitur: alter in angulis omniū orizontium dicitur equinoctialis circulus: et ideo anguli omnes ibi cōium

guntur ad denotandum ꝙ licet dies ac noctes in diuerſis regionibus variantur: tamen omnes cum ſol eſt in ariete aut libra habent equinoctium: vltimum vero trium circulorum capricorni dicitur vbi oẽs circuli in ſuperiori parte terminantur.

Adeſt rotula parua non concentrica ſuperiori cuius extremitas ꝑ zodiaco habetur que in ſignis ac grad. diuiditur habens in medio circulorum concentricum cum rota magna diuiſum per menſes ac dies totius anni ꝛ dicitur circulus equatoris diei.

In centro quoqꝫ huius rotule ꝙ centrum mundi dicitur quinqꝫ oſtenſores ſunt triplici ordine conſtituti: in ſuperiori vnicus eſt in quo ſcriptum eſt.1.in ſcd'o ſcriptum eſt.2.cui adiunctus eſt.12.in tertio ſcriptũ eſt.3.cui iungitur.11.ꝛ omnes iſti cum in locis proprijs ſituanť accidẽtales domus oſtendunt ſcd'm eorum inſcriptionem: vt in operatione habetur. Et nota ꝙ inter oſtenſorem.11.ꝛ.3.debent exiſtere.180.grad. ꝛ inter oſtenſorem.12.ꝛ.2.60.gra.de gradibus limbi.

Cum omnes partes huius equatorij declaraui anteꝙ̄ ad eius operationes deueniam aliqua pro maiori intelligentia ſunt dicenda. Scire debes qd' linea tranſiens ab oriente ad occiden. per centrum aſtrolabij dicitur orizon. rectus ꝛ in contactu huius linee cum equinoctiali circulo omnes linee latitudinum regionum in vnũ coniunguntur tam ſub orizonte recto in inferiori parte ꝙ̄ in ſuperiori parte: ꝛ hoc magna doctrina ac induſtria actum eſt ad denotandum ꝙ in omni regione datur equinoctium: ꝛ cum ſol ſigna ſeptentrionalia peragrat dies artificialis augetur ſupra noctem ꝛ in ſignis meridionalibus fit per contrarium.

Arcum diurnum ſiue nocturnum artificialeꝫ in quacũqꝫ regione inuenire.

v Erum locum ſolis diei intenti in ſignis ac gra. zodiaci parue rotule nota ꝛ ſuper orizontem orientaleꝫ cuiuſuis regionis impone ſcd'm ꝙ in tabula latitudinum regionuꝫ inuenies quo facto ponas oſtenſorem ſuper talem gra. ꝛ contactum oſtenſoris in limbo aſtrolabij oſtẽdet dimidiam quantitateꝫ arcus diurni, q̄ erit ab ipſo oſtenſore vſqꝫ ad lineam meridiei ꝛ omnes.15.gra. faciunt vnam horam qua quantitate duplata erit tota quantitas arcus diei artificialis. Ab ipſo vero oſtenſore ad lineam medie noctis erit dimidia q̄titas noctis qua duplata tota nox artificialis habetur.

Tabula latitudinum regionum ac ciuitatum ſequeñ.

Gradus altitudinis poli.

Yſlandia inſula:	66.	66.
Gronlandia.	65.	
Suedia.	64.	
Noruegia.	63.	
Liuonia.	62.	
Orchades inſule.gothia orientalis.ryphorum regio.	61.	
Septentrionalis pars ſcothie.virona	60.	
Gothia inſula.mygar.ci.fons thanais fl.	59.	
Ybernie extremitas.dacia.riga.ci.ſcythia.	58.	
Scothia.mare balticum.ruſſia antuuordia.ci.magna.	57.	
Aredon iſula ybernie.me.ybernie.anglie extremitas.pruſſia	56.	
ybernie medium.extremitas anglie.dantiſcus.	55.	
Anglie medium.polonia.ſarmatia.europe.	54.	
Saxonia.maldeburgum amaſonuz regio.tartaria.	53.	
Longdonium.friſia.brunſuuiga.	52.	
Hollandia.zelandia.bohemia.cracouia.polonia.	51.	
Flandria.brabantia.colonia.praga.	50.	
Noremberga.bauaria.	49.	
Britania.normania.franconia.vuallachia.capha.	48.	
Andegauia.nantes.francia.pariſius.vlma.buda.	47.	30.
Pictauia.molinis.auſtria vngaria.boſſina.	46.	
Burdegalia.lugdunũ.gebẽnis.mediolanũ.venetia.dalmatia.	45.	15.
Toloſa.ſ.ia.galicia.auinio.carpentoras.ferraria.macedonia.	44.	
Tratia.conſtantinopolis.trapeſonda.mare caſpium.	44.	
Nauerra.mons peſſulanus.ianua.florẽtia.turchia.armenia.	43.	
Ceſarauguſta.roma.beneuentum.media.hircania.	42.	
Aragonia.neapolis.pamphylia.	41.	
Salamancha.corſica.calabria.achaya.athenes.	40.	
Liſbona.caſtillia.peloponeſus.lycia.cylicia.parthia.	39.	
Toletum.ſardinia.aſſyria.	38.	
Valentia.minorica.tharſos.	37.	
Corduba.maiorica.cicilia.rhodus.	36.	
Granata.candia.cyprus.meſopothamia.	35.	
Sibilia.carthago.baruth.tyrus.	34.	

Bugea bona.damaſcus.	33.
Cepta.alger.ieruſalem.ſyria.perſorum.regnum.	32.
Capraria inſula.alexandria.ydumea.babilonia.ſuſiana.	31.
Affrica.lybia.caldea.	30.
Egyptus.alcha yra.mons ſyna y.ſaba regio ex qua.3.reges.	29.
Numidia.mare rubrum elamitarum regio.	28.
Portus ſanctus inſula ſyrtis.mare perſicum.	27.
Madera inſula.thebeci.egypti.	26.
Caſtana arabia felix	25.
Syene ci.egypti.mecha ci.ſepulchri machometi.	24.
Gratioſa inſula.	23.
Parma inſula orto ventura.	22.
Gomera canaria inſula.deſertum nubie.	21.
Garama.metropolis.nubia regio.	20.
Meroes inſula nyli fluminis.ex qua regina ſabae.	15.
Auxuma ci.regia.cynamphera regio.in qua preſbiter io.	10.

Eſt enim regio noſtris temporibus inuēta.vulgari hiſpanico dicta la-guinea.cuius lōgitudo ab occidēte vero eſt graduum.60.fere latitudo vero ab equinoctiali verſus auſtrum.gra.12.fere.circa quā plures ſunt inſule nobis non certitudinaliter note.per hanc quidem tabulam lati tudinum regionum differentiam notabilem q̄titatis vnius ⁊ eiuſdem cuiuſuis diei ac noctis in diuerſis regionibus faciliter modo ſupradi-cto comprehendes poterit ei quilibet ꝓpriam regionem in ſuo circulo orizontis paruis quibuſdam punctis aut aliquo colore occaſione facili oris notitie orizontis habende ſignāter notare.ſpacium etiā iter duos orizontes quoſlibet exiſtens.5.continet gradus quapropter ſi propriū circulum pro tua regione non inuenis ſignatum accipe de ſpacio ori-zontis deſcripti propinquioris gra.eleuationis poli tue regionis ſecun dum proportionē exceſſus gradus eiuſdē eleuationis poli ad orizontē notum ibidēqꝫ regionē tuā tam in orientali q̄ occidētali parte ſigno ti bi noto deſigna.⁊ quātus fuerit orizōtis circulus in parte ſuꝑiori tātus ⁊ iferiori parte a linea recta veri orientis ac occidētis erit cōputanduſ.

Ad ſciendū quacūqꝫ hora.volueris gra.aſcēdentē i quacūqꝫ regiōe

p One gradum in quo eſt ſol notatum in zodiaco rotule parue: ⁊ ipſum ponas in orizonte occidētali ſuper altitudinē cuiuſuis regionis ⁊ ſic quieſcente pone oſtenſorem in linea meridiei tūc

volue quemcūqꝫ gra. volueris ſupꝛa oꝛizontem oꝛientalem: ⁊ oſtenſoꝛ oſtendet qua hoꝛa oꝛitur ab occaſu ſolis talis gra. cum in oꝛizonte cuiuſuis regionis puenerit dando ſemper. 15. gra. limbi ꝑ qualibet hoꝛa.

Ad ſciendum in quanto tempoꝛe in qua uis regione quodlibet ſignum aſcendat.

Pone initium ſigni ſupꝛa oꝛizontem regionis ex parte orientis ⁊ vnum ex oſtenſoꝛibus ſuper lineam meridiei: ⁊ volue rotulā vſqꝫ in fine ſigni ⁊ numera quot gra. ſunt: ⁊ per omnes. 15. gr. accipias hoꝛam: ⁊ pꝛo quolibet gra. quattuoꝛ minuta hoꝛe: ⁊ erit tp̄us in quo totum ſignum aſcendet ſuper illam regionem.

Multas operationes poſſemus hic adducere quas obmitto quia omnes eo modo quo in aſtrolabio vſuali habent͛ ſimili modo in iſto aſtrolabio phiſico haberi poſſunt.

Ad ſciendum hoꝛā inequalem que planetarum dicit͛.

Scito ſcd̄m omnes aſtronomos ꝙ ſiue dies ſit longiſſima ſiue breuiſſima. 12. ſunt hoꝛe diei: ⁊. 12. hoꝛe noctis que hoꝛ. planetarum dicuntur ⁊ cōmenſurantur per motum zodiaci: ⁊ cum aliquando plus oꝛitur de zodiaco ꝙ̄ de equinoctiali: ⁊ aliquando ecōtra ideo hoꝛe iſte inequales non conueniunt cum equalibus niſi in equinoctijs ab ariete in libꝛam maioꝛes ſunt hoꝛe equales inequalibus ꝗa maioꝛ eſt arcus diurnus: ⁊ a libꝛa in arietē maioꝛes ſunt hoꝛe inequales equalibus: ⁊ ideo maior eſt arcus nocturnus diurno: Et cū he hore inequales planetarum ſcire volumus habita quantitate diei ꝑ pꝛiores canones: vide quot gra. limbi continentur in arcu diurno: ⁊ illos ꝑ duodecim diuide: ⁊ ſic habebis ex quot gra. equinoctialis in ſe cōtinet quelibet hoꝛa inequalis.

Similiqꝫ modo agas de arcu nocturno: ⁊ de his hoꝛis aſtronomi intellexerunt cū dixerunt ſiue dies ſit longiſſima ſiue breuiſſima. 12. ſunt hoꝛe diei ⁊: 12. hoꝛe. noctis. Que planetarum hoꝛe appellantur: ⁊ vnicuiqꝫ planete hoꝛam aſſignant tam diei ꝙ noctis in qua dicunt dominari ⁊ nomen diei a dominio planete in pꝛima hoꝛa illius aſſumit: ſic quoqꝫ ēt noctis. Nam pꝛima hoꝛa dominice ſolis datur. 2. veneris: ⁊ ſic ſubſequendo vſqꝫ ī pꝛincipio noctis: pꝛima vero hoꝛa noctis datur Joui: vltima ꝟo noctis datur Mercurio pꝛima diei ſequētis eſt hoꝛa lune: ⁊ ideo talis dies ab ipſa luna momen ſumit: ⁊ ſic ꝓcedimus per totam hebdomadam: vt in tabula infraſcripta manifeſte apparet.

Tabula dominij planetarum in horis dierum ⁊ noctium hebdomade.

Hor.	Dierū			nomina				hebdomade						
	☉	☽	♂	☿	♃	♀	♄	☉	☽	♂	☿	♃	♀	♄
	D	L	M	M	J	V	S	D	L	M	M	J	V	S
	Domini				horarum									
	In		die					In		nocte				
1	☉	☽	♂	☿	♃	♀	♄	♃	♀	♄	☉	☽	♂	☿
2	♀	♄	☉	☽	♂	☿	♃	♂	♀	♃	♀	♄	☉	☽
3	☿	♃	♀	♄	☉	☽	♂	☉	☽	♂	☿	♃	♀	♄
4	☽	♂	☿	♃	♀	♄	☉	♀	♄	☉	☽	♂	☿	♃
5	♄	☉	☽	♂	☿	♃	♀	☿	♃	♀	♄	☉	☽	♂
6	♃	♀	♄	☉	☽	♂	☿	☽	♂	☿	♃	♀	♄	☉
7	♂	☿	♃	♀	♄	☉	☽	♄	☉	☽	♂	☿	♃	♀
8	☉	☽	♂	☿	♃	♀	♄	♃	♀	♄	☉	☽	♂	☿
9	♀	♄	☉	☽	♂	☿	♃	♂	☿	♃	♀	♄	☉	☽
10	☿	♃	♀	♄	☉	☽	♂	☉	☽	♂	☿	♃	♀	♄
11	☽	♂	☿	♃	♀	♄	☽	♀	♄	☉	☽	♂	☿	♃
12	♄	☉	☽	♂	☿	♃	♀	☿	♃	♀	♄	☉	☽	♂

Prima hora diei aut noctis ſemper eſt maſculina ſecunda feminina tertia maſculina ⁊ ſic uſqꝫ in finem diei ac noctis.

Ad inueniendum aſcendentem verum habita hora quocūqꝫ tempore volueris.

SI verum aſcendentem ſcire deſideras habita quacūqꝫ hora ad meridiem: vt in almanach magnum ponitur ſeu per equatorium inuenit̄ cuiuſuis coniunctionis oppoſitiōis ſeu aſpectuū pone vnum ex oſtenſoribus ſuper conſimilem hor. in limbo aſtrolabij ⁊ ibi quieſcente oſtenſorio duc rotulam paruam que eſt circa centrum aſtrolabij in qua ſunt dies ac menſes totius anni deſignati ꝙ dies in q̄ aſcendentem queris cadat preciſe ſub oſtenſore: ⁊ tunc vide gradū tangentem orizontez regionis tue ex parte orientis: ⁊ ille gradus erit aſcēdens pro illa hora notata ab oſtēſore: in limbo diebus equatis quoniā equatio continetur in die notato: in parua rotula iam dicta nec alia indiges indagatione: vt in alijs inſtrumentis ac tabulis fit: ⁊ vnde tales

equationes inſurgunt in ſequenti canone dicemus

Unde equatio diei ortum habeat.

q Ueſtio inſurgit tam apud antiquos q̄ꝫ modernos quare dies naturales inter ſe differentiam habeant in exceſſu ad inuicem: ⁊ q̄d ſit ipſe exceſſus qui ab omnibus dicit̄ equatio diei: ⁊ cur aliquando addit̄ meridiei vulgarium: ⁊ aliquando non.


Primo notandum q̄ꝫ duplex dies naturalis pōt ſumi: Unus qui dicitur medius ad inſtar medij motus ſolis in quo equaliter ac vniformiter ſuper polos mundi mouetur ſemper: ⁊ talis dies eſt quantitas temporum in quo ſol reuoluitur in equinoctiali a meridie in meridiem cuꝫ tanta proportione ipſius equinoctialis quanta mouet̄ interim ſol cōtra firmamentum medio motu proprio in zodiaco. Nam ſicut hec ꝓportio in zodiaco ſemper eſt equalis: ita ⁊ in equinoctiali ſemper comperitur vniformis: ⁊ hec reuolutio in ſingulis diebus equalibus ſuper polos mundi in circulo recto eſt.360.gra.59.mi.⁊ ſc̄dis.8. Et per hunc diem n̄alem ac equalem calculantur medij motus ſolis ac omniū planetarum qui ſemper ſunt equales: hoc itaqꝫ fit: vt equalitas temporis ſemper equalitati motus correſpondeāt ⁊ econtra.

Alter dies naturalis dicitur verus ⁊ eſt tempus quo corpus ſolare recedens a linea vere meridiei ad eandemqꝫ reuertitur hoc autem tempus eſt inequale: ⁊ licet hec dies ſemper ſit minor die medio vna tamē dies naturalis vera: alteri diei vere non eſt equalis. Duplici de cauſa vna propter ecentricitatem ſolis ratione cuius nunc citius nunc tardius mouetur. Altera propter aſcenſionem ſignorum inequalitatem Nā ſignum propinquius ſolſtitij puncto maiorem ex gra.equinoctialis habet aſcenſionem q̄ꝫ ſignum ab eo remotū: ⁊ ex his igitur duabus occaſionibus manifeſte apparet exceſſus augumenti ac decremēti vnius diei naturalis vere ab altera vera: Cōtingit ēt ratione augis ſolis ac ecentricitatis eius noſtris temporibus exiſtente ſole circa.21.aut.22. aquarij diem naturalem veram equalem eſſe diei naturali medie cum vtraqꝫ ipſarum reuolutio ſit.360 gra.59.mi.⁊ ſc̄dis.8. Recedente quidem ſole ab his locis minoratur dies naturalis verus aliquando plus aliquando quidem minus. Hec autem differētia diei vere a die media equali ſemper equatio dierum dicitur: ⁊ has diminutiones aſcenſionē ſignorum omnium ac graduū contingentes a tempore quo ſol fuit in 18.gra.aquarij de anno perfecto ſimul cum alijs diminutionibus pro-

uenientibus excentricitate ſolis collexit arzarchel tempoꝛe ſuo quas ſeriatim collocauit in tabula aſcenſionum ſignoꝛum in oꝛizonte recto vt Luꝫ eius dies naturales vere ac inequales reducerentur ad eq̃les dies cum igitur oēs motus planetarum cōiunctiones oppoſitiones ac aſpectus ad meridiem equantur non debes intelligere ad meridiem veraꝫ videlicet qñ Sol preciſe eſt in meridiana linea. Jmmo poſt meridiem tantum quantum equatio illius diei correſpōdet de te videlicet ꝑ quolibet gra. quattuoꝛ mi. hoꝛ. ⁊c. Que opoꝛtebit addere vere meridiei ſcdꝫ canonem illius tabule: qua operatione in aſtrolabio iſto non indiges quia dies annotati in paruo circulo de quo ſuperius mentionem fecimus has equationes in ſe continent.

Modum erigendi figuram. 12. domoꝛum qua hoꝛa aut in qua regione volueris cum aſtrolabio phiſico.

Inuento grad. aſcen. per ſuperius dicta ⁊ velles erigere. 12. domus ad eādem hoꝛam quieſcente gra. Solis in aſſendē. tue regionis vnicum oſtenſoꝛē in quo ſignatū eſt. i. ſup gra. aſcendē. tue regionis: ⁊ vide quot gra. ſunt ī limbo a linea meridiei vſqꝫ ad oſtēſoreꝫ ſituatū in gradibus aſcen. ⁊ illos gra. limbi in tres partes diuide Jn pꝛima poſt lineam medij celi pone oſtenſoꝛem duplicatum in quo ſcriptum. 11. ⁊ in ſcda parte pone alterum duplicatum in quo ſcriptuꝫ eſt. 12. Et ſic ex iſtis quinqꝫ oſtenſoꝛibus cuꝫ linee medij celi habes initia ſex domoꝛuꝫ videlicet. 10. 11. 12. Pꝛime. 2. ac. 3. alie ſex ad inſtar iſtarum per oppoſituꝫ fient. Nam. 10. opponit. 4. 11. 5. 12. 5. Pꝛima. 7. 2. 8. 3. 9. ⁊ ſic omnes per oppoſitos gradus ſe inuicem correſpondēt: aduerte tamen ne oſtenſoꝛes defectuoſi ſint: quia in erectione domoꝛum eēt erroꝛ: ⁊ hoc ſcias per antecedentem canonem: vbi declarauimus oſtenſoꝛia quot ſunt ac vbi ſituantur: Quomodo erigatur figura hoc in exemplo patet.



Secunda pars principalis introductoria erit.

Hucuſqȝ princeps illuſtriſſime tantum labores huius eq̃torij
h ſine vtilitate aliquarum reruȝ in ipſo narratis: vt puta de lune manſionibus: quid aſpecti indicãt: ac etiã de re multum ſaluberrima generi humano: que eſt de diebus creticis ac de multis alijs poſt dicemus ſine quibus medici in arte ſua tanq̃ ceci ignorantes ſuperiores cauſas procedunt. Et ab Alberto habetur q̃d medicus ſine aſtronomia eſt: tãq̃ cecus ſine baculo: ⁊ ab hypocrate aſtronomia nõ eſt minima pars medicine: vt inferius clarius dicemus. Igitur domi/

natio tua: ⁊ qui in equatorio inſudauerint fructum capiant: naꝫ dimiſ-
ſis prolixitatibus multorum ſolum ſub compendio introductoriã par
tem: primo adducam qua intellecta facilius ſubſequentia patebunt.

Et primo de ſignis Zodiaci.

Signa celi ſeu Zodiaci duodecim ſunt: vt in his verſibus habetur.
Eſt Aries Taurus Gemini Cancer Leo Virgo
Libraq; Scorpius Architenens caper amphora Piſces.
Quorum ſignorum quolibet diuiditur in.30.gra.⁊ cum zodiacus in ſe
contineat.12.ſig.erunt gra celi.360.gradus quoq; diuiditur in.60.mi.
⁊ minutum in.60.ſcd̃a ⁊c.
Ex ſignis ſex dicuntur maſculina leuia: ⁊ ſex feminina nocturna gra-
uia. Aries maſculinus ẽ diurnus ac leuis. Taurus femeninus noctur-
nus grauis: ⁊ ſic ſuccedunt ſcd̃m ordinem ſignorum vnum ſignuꝫ ma-
ſculinum: reliquum vero femininum.
Sex ſigna ſunt recte aſcendentia que ſunt a principio cancri ad finem
ſagittarij: reliqua dicuntur oblique aſcendentia: ⁊ que recte oriunt̃ oc-
cidunt oblique ⁊ econuerſo vt in carminibus iſtis continetur.
Recte meat: Oblique cadunt: aſidere Cancri.
Sed cetera ſigna naſcuntur prone deſcendunt tramite recto.
Quattuor ſigna dicuntur mobilia: Aries Cancer Libra ⁊ Capricor-
nus: Quattuor fixa Taurus Leo Scorpio ⁊ Aquariuſ: Reliqua q̃t-
tuor dicuntur communia: vt Gemini Virgo Sagittarius ⁊ Piſces.
Sex ſigna que ſunt a principio Arietis vſq; in finem Virginis dicũ-
tur ſeptentrionalia calida: reliqua ſex dicunt̃ meridionalia frigida.
A principio Leonis vſq; in finem Capricorni dicitur medietas maxi-
ma alia medietas zodiaci dicitur minima.
Diſtribuuntur ẽt ſigna per corpus humanum: ⁊ vnicuiq; ſigno mem-
brum damus: ac dicimus cum Luna eſt in ſigno alicuius mẽbri in illo
maximum effectum inducit.
Nam Aries habet caput: Taurus collum ac guttur: Gemini ſpatulaſ
ac manus: Cancer pectus ⁊ pulmonem: Leo ſtomachuꝫ: Virgo epar
inteſtina ⁊ circa ventrem: Libra renes anchas ⁊ veſicam: Scorpio
ſecreta nature: Sagittarius coſſas: Capricornus genua: Aquarius ti-
bias: Piſces pedes.
Tempora anni per ſigna diſtinguũt: nam cum Sol peragrat primaꝫ
quartam Zodiaci in qua continentur iſta ſigna Aries Taurus Gemi

ni dicitur ver ſeu vernalis: quarta calida ⁊ humida: Cancer Leo vir-
go. quartam eſtiuam conſtituunt callidam ⁊ ſiccam: Libra Scorpio
Sagittarius autūnalem quartam faciunt frigidā ac ſiccam. Hiema-
liſq̄ʒ q̄rta ex capricorno aquario ⁊ piſce cōpoſita eſt frigida ⁊ humida
Ex ſignis quoqʒ triplicitates conſtituuntur cum in qualitatibus tam
actiuis q̄ꝫ paſſiuis conueniunt: vt Aries Leo Sagittarius. primā triplicitatem efficiunt que ignea orientalis maſculina diurna ac colerica eſt. Huius domini triplicitatis in die Sol eſt: in nocte Juppiter: in
crepuſculis ſiue particeps Saturnus exiſtit.

Secunda triplicitas fit ex Tauro Virgine ac capricorno ⁊ eſt terrea meridionalis feminea nocturna melancolica: domini eius in die Venus in nocte Luna in crepuſculis Mars.

Tertia triplicitas componit̄ ex Geminis Libra ac Aquario: ⁊ ē aerea occidētalis maſculina diurna ſanguinea: dominiqʒ eius ſūt in die Saturnus: in nocte mercurius: in crepuſculis Juppiter.

Quarta triplicitas ex Cancro Scorpiōe ⁊ Piſcibus cōſtituta ē aquea ſeptentrionalis feminea nocturna flegmatica. Domini huis triplicitatis ſūt: in die Venus: in nocte Mars: in crepuſculis Luna: ⁊ vt mēti mandes hec carmina adiungam.

Ar. Leo Sag. prima eſt Tau. Vir. Capricor. qʒ ſcḋa.
Tertia Gem. Libra. A. Can. Scor. Piſ. poſtea quarta.
Domini quoqʒ triplicitatum in his verſibus habentur.
Solis prima dies: Jouis eſt nox: Satur. vtrūqʒ.
Sic venus ⁊ Luna: capiet cum Marte ſecundam.
Satur. Mercurij: Jouis ordo tertius extat.
Sic veneris ac Martis erit Lune quoque quartus.

Signa quoque dicunt̄ eē domus planetaꝝ ⁊ dempto ſole ac luna oēs hn̄t duo ſigna ꝓ domibus ſuis: vt his carminibus habetur.

Eſt tibi Saturne domus: Eglocerontis ⁊ vrne.
Inde Jouis dona Piſces ſimulque chirona.
Eſt Aries Martis ⁊ acute Scorpio partis.
Libram cum Tauro: Venus ambit purior auro.
Optinet erigon ſtilbon: Geminique Latonam.
Cenſerunt Soli Lune Cancer ⁊ Leo Soli.

Cum vero planeta in oppoſito ſigno ſue domus fuerit in detrimento ſuo eſſe dicitur

In ſignis quoqꝫ planete exaltantur: vt ex his verſibus habetur.
Veruex exaltat Solem: Taurus quoqꝫ Lunam.
Sic caput in Geminis ⁊ cancro Juppiter alto.
Virgine Mercurius. Libra Saturnus ⁊ ima.
Gaude chironee capro Mars: Venus aurea piſce.

Gaudent quoqꝫ planete in ſignis Saturnus in Aquario capricorno ⁊ Libra: Juppiter in Sagittario Piſce ⁊ Cancro: Mars i Scorpione Ariete ⁊ capricorno Sol in Leone ⁊ Ariete: Venus in Tauro Libra ⁊ Piſce Mercurius in Geminis ⁊ virgine Luna i cancro ⁊ tauro.

Signum quoqꝫ oppoſitum ad exaltationem vniuſcuiuſqꝫ planetaruꝫ deiectio ſeu deſcenſio ipſius planete dicitur.

Signorum gradus planetis etiam dignitates prebent: nam prima dignitas facies dicitur: ſcđa terminorum ⁊ his dignitatibus: etiam triplicitatis dignitas additur: poſt dignitas eſt exaltationis. Ultimo vero domorum: ⁊ cum quis planetarum plures ex his dignitatibus a ſe cumulauerit almutaꝫ dicitur. i. potentior in eſſe celi: ⁊ vt omnia ſimul habeāt adduxi ĩfraſcriptã figurã in qua oĩa iã dicta manifeſte apparẽt

Tabula dignitatum planetarum

Signa	5 Dñi domoꝝ	4 Dñi exaltationũ	3 In D	N	P	2 Dñi terminoꝝ										1 Dñi faciei 1	2	3
♈	♂	☉ 19	☉	♃	♄	♃	6	♀	6	☿	8	♂	5	♄	5	♂	☉	♀
♉	♀	☽ 3	♀	☽	♂	♀	8	☿	6	♃	8	♄	5	♂	3	☿	☽	♄
♊	☿	☊ 3	♄	☿	♃	☿	6	♃	6	♀	5	♂	7	♄	6	♃	♂	☉
♋	☽	♃ 15	♀	♂	☽	♂	7	♀	6	☿	6	♃	7	♄	4	♀	☿	☽
♌	☉		☉	♃	♄	♃	6	♀	7	♄	7	☿	6	♂	4	♄	♃	♂
♍	☿	☿ 15	♀	☽	♂	☿	7	♀	10	♃	4	♂	7	♄	2	☉	♀	☿
♎	♀	♄ 21	♄	☿	♃	♄	6	☿	8	♃	7	♀	7	♂	2	☽	♄	♃
♏	♂		♀	♂	☽	♂	7	♀	4	☿	8	♃	5	♄	6	♂	☉	♀
♐	♃	☋ 3	☉	♃	♄	♃	12	♀	5	☿	4	♄	5	♂	4	☿	☽	♄
♑	♄	♂ 28	♀	☽	♂	☿	7	♃	7	♀	8	♄	4	♂	4	♃	♂	☉
♒	♄		♄	☿	♃	☿	7	♀	6	♃	7	♂	5	♄	5	♀	☿	☽
♓	♃	♀ 27	♀	♂	☽	♀	12	♃	4	☿	3	♂	9	♄	2	♄	♃	♂

Dñi triplicitatum

D Icuntur etiaꝫ ſignā ſuper prouincias ac ciuitates habere dominium ⁊ quāuis de his ſignis varie ſunt opiniones de coꝝ dominio tamen que a pluribus comprobātur adducam: appellantur ſigna aſcendentia ciuitatum: nam dicunt tales ciuitates fuiſſe fundatas oriēte tali ſigno: ſed differentia que oritur inter iſtos pōt prouenire quia alique fuerunt deſtructe: ⁊ iterum rehedificate ⁊ hac de cauſa aſcendētia variantur a prima edificatione a ſcd̄a maxima quoqꝫ varietas exiſtit in gra. aſcendente licet aliqui ſe concordant de ſigno.

Aries i generali hꝫ franciā particulariter Florētiā Neapolim Ferrariā Pergamuꝫ Januam Fauentiā Jmolam Polam Bertonorium.

Taurus in generali campaniā cretā particulariter hꝫ Bononiā Veronam Triuiſium Senas Mantuam Aſt Anconam Caput hiſtrie Parmam Vincentiam Coriza Palermum Senogaliam.

Gemini generaliter habet Angliam Sardiniam: particulariter Mediolanum Viterbium Ceſenam Luguꝫ Tudertum Vercellas Regium Taurinum.

Cancer in generali Turchiam ac Barbariam in particulari Mediolanum pro tertia hedificatione Lucā Piſas Conſtātinopolim Mantuam pro prima hedificatione.

Leo in generali territorium Romanum: in particulari habet Rauennam Cremonam Peruſium Meldulam Panormum: aliqui Jtaliaꝫ totam ac Aphricam in vniuerſali dicunt.

Virgo generaliter Ciciliam in particulari Alexandriam Aretium Toletum Nouariam Papiam Pariſium Fanum cumas Bagnacaballum.

Libra generaliter Tuſciam: particulariter Lodum ⁊ multi Placentiā ac Viterbium Lucam atque Piſam.

Scorpio generaliter Armeniam ⁊ Vngariaꝫ: particulariter Brixiā Ceruiam Piſtorium Vrbinum Camerinū Paduam Budua Meſſinam Aquilegiam caſtrocarium.

Sagittarius generaliter habet Sclauoniam Hiſpaniam: particulariter auinionem Firmum Portugaliaꝫ montem auium.

Capricornus generaliter habet Romagnaꝫ: in particulari Oximum Tortonam Forliuium Fauentiam Monciam Sabudiam Cortonam ac Veronam ſcd̄m aliquos.

Aquarius generaliter habet Alemaniam Pedemontiuꝫ: particulariter Hieruſalem Piſaurum Monferatuꝫ Venetias ⁊ ſcd̄m aliquos Urbinum Rauennam ⁊ Piſam.

Piſces generaliter Perſiam habet: particulariter Parentium cūmanꝫ Regium Calabrie Aſculum Vdenum: ⁊ ſcd̄m aliquos Paduam Venetias Rauennam ac Mantuam.

Sunt in celo alia ſigna a ſupradictis ſignis que ſigna conſtellationes dicuntur: ut in his verſibus continetur: ⁊ inter ipſas etiam ſigna connumerantur ⁊ alique dicuntur ſeptentrionales ⁊ alique meridionales ⁊ quelibet etiam conſtellatio in aliquo ſigno continetur: ⁊ vt opinio aliquorum eſt ex ſitu ſtellarum figurantur: vt ab Iginio habetur quorum nomina ſunt hec.

Ad boree partes arturi vertitur anguis
Poſt has arthophilax: pariterqꝫ corona: genuqꝫ
Prolaxus: lira: auis: cepheus ⁊ caſiopea
Auriga ⁊ perſeus: delton ⁊ andromada auſtri
Pegaſus ⁊ delphin: telumqꝫ aquila: anguitenenſqꝫ.
Signifer inde ſubeſt ⁊ bis ſex ſidera complet
Eſt Aries Taurus Gemini Cancer Leo Virgo
Libraque Scorpius architenens capricornus ⁊ vrna
Qui tenet ⁊ Piſces. Poſt hunc in partibus auſtri
Eſt. orion: prochion: lepus: ardens ſidus: argon:
Ydraque chiron: teribulum quoque piſcis ⁊ ingens
Nunc ſequitur piſtrix: ſimul eridanique fluentem.

Unde ſcd̄m doctrinam Alphonſi tabularum he conſtellationes ex multis ſtellis conſtituuntur diuerſarum magnitudinum ac nature: vt in ipſis tabulis videre poſſumus: ponitqꝫ in ſepten. parte in ꝯſtellationibus dictis eſſe in numero. 360. diuerſaꝝ magnitudinū ac naturarū. In Zodiaco ſunt ſtelle pro eſſe ſignoruꝫ in numero. 350. In meridiana parte ſunt. 316. omnes ergo in ſimul collecte que magnitudinem habēt ſunt. 1022. quarum in prima magnitudine ſunt. 15. in ſcd̄a. 45. in tertia 208. in quarta. 474. in quīta. 217. in ſexta. 49. tenebroſe. 9. nebuloſe. 5.

Cum ſtelle fixe interdum in agendis rebus maximum effectum inducunt ſcd̄m naturam planetarum cuius ſunt: non incongruum viſum eſt de ipſis aliqualem mentionem facere: primo notandum ꝙ omnes conſtellationes dicuntur eſſe in ſignis capiendo ſignum per nauicu-

larem vmbraꝫ: cuius cuſpides ſunt ī polo zodiaci: ⁊ linee ex vtraqꝫ parte capiant principium ac finem ſigni: ⁊ ſic totum celum diuidemus in 12. vmbras nauiculares: ⁊ non inconuenit multotiēs qđ vna conſtellatio ſit pro parte in vno ſigno: ⁊ pro parte in alio: ac in pluribus ⁊ hoc maxime accidit de conſtellationibus propinquis Polis. Et licet in prima tabula aliquid de ſtellis dictum ſit nunc autem magis perfecte: vt infra in tabula apparebit.

Tabula ſtellarum fixarum que verificate fuerunt anno. 1480.

Stelle fixe verificate per me Camillum anno dñi. 1480. completo ex ſtellis Alphonſi addendo illis gra. 2. ⁊ mi. 18. nam aux cōmunis tempore Alphonſi anno. 1251. ⁊ menſibus quinque: erat gra. 17. ⁊ mi. 14. ⁊ ſcdoꝝ. 27. ſed tempore verificatiōis aux cōmunis eſt gra. 19. mi. 32. ⁊ ſcdoꝝ. 6.

	In Ariete	Conſtellatio	Lon.		Lati.		Ma.	P.
			g.	m.	g.	m.		
♂ ♃	Super renes in cōtactu ale pegaſi	Equi allati	16	39	12	30	2	S
♄	Apud radicem caude ceti	Ceti	9	6	15	20	2	M
♄	Venter ceti	Ceti	14	26	20	0	2	M
♃ ♄	Lucida fluminis q̄ dr̄ batea'ky	Fluminis	19	36	13	30	1	M
	In Tauro							
♄ ♀	In mamilla dextra caſſiopeie	Caſſiopeie	0	16	46	45	3	S
♄ ♀	Caput algol diaboli ſeu perſei	Perſei	19	6	23	0	3	S
♄ ☿	In pectore Tauri	Tauri	23	6	8	0	3	M
♄ ♀	In dextro latere perſei		24	16	30	0	2	S
	In Geminis							
♂	Clara lucida q̄ dr̄ aldeberam	Tauri	2	6	5	10	1	M
♃ ♄	Rigel in ſiniſtro pede orionis	Orionis	9	36	31	30	1	M
♂ ♄	Super ſiniſtrum humeꝝ orionis	Orionis	9	46	17	30	2	M
♃ ♄	Antecedēs ſup cingulū orionis	Orionis	14	46	24	10	2	M
♂ ☿	Tenētis hircū ī ſpatula ſiniſtra	Te. hēnas	14	26	22	50	1	S
♃ ♂	Alabor	In cane	15	26	57	40	2	M
♃ ♄	Media q̄ eſt in cingulo orionis	Orionis	16	46	24	50	2	M
♃ ♄	Sequens que eſt in cingulo	Orionis	17	36	25	40	2	M
♃ ♂	Sequens duaꝝ lucidarum	Canis ma.	18	26	59	40	2	M

♂ ☿	Alaiot ĩ ſpatula dẽxtra tenẽtiſ hẽnaſ	T.hẽnãs	21	16	20	0	2	S
♂ ☿	Man Kib ſup humeꝝ dextrum	Oꝛionis	21	26	17	0	1	M
	In Cancro							
♃ ♂	Alaboꝛ ſeu canicula ĩ hoꝛe maio.	Canis	7	6	39	10	1	M
♃ ♄	Canopus in remo nauis	Nauis	6	36	2	0	1	M
♂	Super mirach vrſe maioꝛis	Vrſe ma.	11	36	14	30	2	S
☿	Sup caput antecedẽtis geminoꝝ	Geminoꝝ	12	46	9	40	2	S
♂	Cerea ſup caput geminoꝝ	Geminoꝝ	15	6	6	15	2	S
☿ ♂	Algomiſſa ſeu pꝛochion	Canis ma.	18	36	16	10	1	M
☽ ♂	Pꝛeſepe in pectoꝛe cancri	Cancri	27	46	0	40	neb.	S
	In Leone							
♄ ♃	Sup tribus ſcutellis ſequẽtibus	Nauis	4	36	54	30	2	M
♄ ♀	Mediana in latere ſequente	Vrſe mi.	6	36	72	50	2	S
♄ ♃	Super ſectoꝛem tranſtri	Nauis	6	56	51	15	2	M
♄ ♃	Lucida ſequẽs ſup tranſtrum	Nauis	10	36	58	20	2	M
♂	Super doꝛſum vrſe maioꝛis	Vrſe ma.	12	6	40	0	2	S
♄ ♀	Arſada lucida coniunctaꝝ	Idre	14	26	20	30	2	M
♄ ♀	Septentrionalis a latere	Vrſe mi.	15	36	74	50	2	S
♄ ♃	Lucida ſub tranſtro	Nauis	19	26	63	50	2	M
♄	Adiran in ceruice Leonis	Leonis	21	36	8	30	2	S
♃ ♂	Coꝛ leonis ꝛ dicitur rex	Leonis	21	56	0	10	1	S
♂	In poſtrema coſta ſiniſtra	Vrſe ma.	23	26	56	30	2	S
♄ ♃	In carena ſeu ĩ ligno fabꝛicatiõis	Nauis	27	56	69	40	2	M
	In Virgine							
♂	Aliozoe pꝛima triũ ſub cauda	Vrſe ma.	1	46	53	30	2	S
♀ ♄	Sequẽs eaꝝ que ſunt in doꝛſo	Leonis	3	36	13	40	2	S
♂	Media ſuper caudam	Vrſe ma.	7	26	55	40	2	S
♀ ♄	Cauda leonis q̃ ẽ ĩ extremi.cau.	Leonis	13	56	11	50	1	S
♄ ♃	Sequẽs triũ in ligno fabꝛi.	Nauis	15	26	67	28	2	M
♂	Tertia in extremitate caude	Vrſe ma.	19	16	54	0	2	S
	In Libra							
♃ ♂	Spica in palma ſiniſtra	Virginis	16	6	2	0	1	M
♃ ♂	Aſimech iter coſſas vulturis	Vult vo.	16	26	31	30	1	S
♃ ♀	Pꝛima duaꝝ ſup coſſam dextram	Centauri	22	6	46	10	2	M
♃ ♀	Alphoꝛac in pede dextro centa.	Centauri	27	46	41	10	1	M
♀ ♃	In cõcauitate pedis dextri	Cẽtauri	29	26	51	10	2	M

	In Scorpione							
♃ ♀	Super maſculū aādicti pedis	Cētauri	0	36	55	20	2	M
♀ ☿	Alfeta lucida in corona	Corone	4	6	44	30	2	S
♃ ♀	Super calcaneū pedis dextri	Cētauri	4	46	51	40	2	M
♃ ♀	Antecedēs duaꝝ ſub ventre	Cētauri	5	46	43	0	2	M
♄ ☿	Aruben ſup lancē meridionalē	Libra	7	26	0	40	2	S
♄ ♂	Keli lucidior ſup lācē ſeptētriona.	Libra	11	63	8	30	2	S
♃ ♀	Super genu pedis ſiniſtri	Cētauri	13	36	45	20	2	S
	In Sagittario							
♂ ♃	Cor ſcorpionis ſeu carbalacab	Scorpio.	2	6	4	0	2	M
☿	Caput ſaltatoris ſeu incurvati	Incurua.	7	6	37	30	3	S
♄ ♀	Super caput effernati	Serpētarij	14	16	36	0	3	S
♂ ☽	Nebuloſa in ſpina ſcorpionis	Scorpio.	20	36	13	15	nebu.	S
	In Capricorno							
♃ ♄	Super pedem ſiniſtrum	Sagittarij.	6	26	18	0	2	M
♃ ♄	Aldigeba in cauicula dicti pedis	Sagitta.	7	6	23	0	2	M
♂ ☿	Alore ſeu cuuega	Vltu.ca.	5	46	62	0	1	S
♂ ♀	Altair ſeu aquilla	Vult vo.	23	16	29	10	2	S
♀ ☿	Roſtrum galine	Cigni	23	56	49	20	3	S
	In Aquario							
♄ ☿	In ſiniſtra ſpatula aquarij	Aquarij	15	56	8	50	2	S
♄ ♃	Os piſcis in effuſione aque	Aquarij	19	26	23	0	1	M
♀ ☿	Aldigeba ſuper caudam cigni	Galine	28	36	60	0	2	S
	In Piſcibus							
♂ ♃	Alferach ſuper humerū dextrū	Equi ſcdi	15	36	31	0	2	S
♂ ♃	Inter ſpatulas	Equi ſcdi	16	6	19	40	2	S
♂ ♃	Caput ſpeculi	Equi ſcdi	27	16	26	0	2	S

Sunt ⁊ in celo gradus Azemena dicti multum notandi ex malo ſuo effectu: vt infra dicemus: ⁊ hi ſunt.

Aries.9.Tauri.3.15.27.Geminorum.11.cancri.1.2.3.4.15.Leonis.2.5.7.19. Virginis.3.13.20.Libre.3.15.21.Scorpionis.4.8.12.20.Sagittarij.13.20.Capricorni.12.13.14.20.Aquarij.7.16.17.20.Piſcis.13.20.

Scđa pars huius ſcđe partis erit de planetis.

STelle errãtes ſeu planete ſeptem ſunt quorũ ſuperior eſt Sa/
turnus poſtea Juppiter Mars Sol Venus Mercurius vl/
timo vero Luna.

Saturnus eſt planeta malus infortunatus frigidus ac ſiccus nature
inimicus ac vite contrarius: ⁊ dicitur infortunium maius: ex grauita
te ſui motus omnia tarde fiunt: eſt maſculinus diurnus: inimicat᷑ mar
ti ac Veneri: amici eius ſunt Juppiter ſol ac luna. Ex naturali domi/
nio habet ex membris hominum aurem dextram ſplenem veſicam
ex naturalibus virtutibus retentiuã habet: ex humoribus melancoliã
cum participatione flegmatis aeris: ex egritudinibus tuſſim catarruꝫ
paralexim febrem ethicam ſpleneticos hydropicos ſolutionẽque ven/
tris ac morbos graues: vt eſt lepra podagra cancer: ⁊ id genus ⁊ que
magni frigoris occaſione proueniunt: ex figuris hoĩum hoĩem ſignãt
nigrũ valde piloſum recuruum iunctis ſupercilijs macrum habentem
paruos oculos raramque barbam in maxillis: ac labia groſſa ⁊ grauẽ
in ingreſſu in deambulatione oculos in terram mergit.

Juppiter maior fortuna appellat᷑: beniuolus maſculinus diurnus ca/
lidus ac humidus amicuſque nature propter temperatam comple/
xionem quam habet odit martem diligitque omnes planetas ac ẽt ab
eis dilectus eſt: ex naturali dominio habet ex membris ſpiritum tactũ
pulmonem coſtas cartilagines ac ſperma cum ſanguine: ex virtutibus
retentiuam. egritudines eius ſunt ſquinantes peripleumonia pleureſis
apoplexia ſpaſmus cephalargia cardiaca ac omne genus egritudinuꝫ
que eueniunt: ex ventoſitate occaſione ſanguinis. Figura iouialiuꝫ eſt
habere albedinem cum rubore in facie: oculos magnos nõ omnino ni
gros cum lata pupilla caluumque eſſe pulchre ſtature ac corporis bo/
nique animi ac moribus.

Mars inducit caliditatem ac ſiccitatem exceſſiuam: ⁊ eſt maſculinus
nocturnus maliuolus ⁊ dicitur infortunium minus Venus ei tantuꝫ
amica eſt reliqui omnes inimicantur ei: ex membris humanis ex na/
turali dominio aurem ſiniſtram cum Joue participe coleram renu/
los venas teſticulos: ⁊ vt vult Albumaſar epar cum Joue: egritudĩes
eius ſunt febres tertiane quotidiane cauſon empima emigranea herſi/
pila carniumque eſus ⁊ omne incõmodum ex calore nimio ac ex ſan/
guinis meatu proueniẽs: Ex figuris Martis eſt ruborem in facie cuꝫ

rufedine capillorum rotundamque faciem habentes oculos croceos horribileſque aſpectu: ⁊ habet in pede ſignum vel maculam: eſt audax ⁊ leuiter alios deridet.

Sol eſt lumen ac anima celi vt multi aſtronomi volunt calidus ac ſiccus beniuolus per aſpectum malus autem per coniunctionē: nam ꝓpter caliditatem ſuam comburit ac deſtruit virtutē omnium planetarum ſe appropinquantium per.15.gra.ante vel poſt ſe que eſt quātitas ſui orbis: eſt maſculinus diurnus: amici eius ſunt Juppiter ⁊ Venus inimici Mercurius ⁊ Luna: ex humanis membris habet viſum cerebrum: medullā: cor: neruos: ⁊ in omnibus membris dextre partis participationem aſſumit. egritudines eius ſunt morbi calidi ac ſicci: oris leſio fluxus reumatis frequenter ab oculis: figura ſoliſtarū eſt crocea cum aliquali nigredine tecta rubore capilli ac oculi eius ſunt aliqualiter crocei criſpi cū aliquali caluitie habenſque pulchrā ſtaturā.

Venus minor fortuna appellata eſt operatrix temperate frigiditatis ac humiditatis feminina nocturna: diligitque omnes planetas preter ſaturnum: ⁊ ab omnibus ſua benignitate dilecta eſt: ⁊ permaxime a ſole diligitur: ex ſua naturali potentia ex membris habet odoratū: ſpermam cum Joue: ſpinam nates lumbos pubem matricem vuluam: ⁊ cum luna epar carnē ⁊ pinguedinem. egritudines ſunt frigiditas ſtomachi: epatis cordis apoſtema fiſtule ſuperfluitates humorū: ⁊ id genus precipue circa genitalia: ex virtutibus appetitiuā habet. figura hominum eius eſt hominis pulchri corporis cum albedine vergēte ad nigredinem habentis faciem rotundam cum parua maxilla ⁊ pulchritudine capillorum ac oculorum cuius nigredo maior eſt albedine cum conſixo labio.

Mercurius eſt planeta beniuolus cōmixtus ac conuertibilis ad naturam planete cui applicatur cum beniuolis felix: ⁊ cum maliuolis infortunatus. maſculinus diurnus temperateq; caliditatis ac ſiccitatis. inimicatur marti ſoli ac lune: amici eius ſunt Juppiter ac venus: ex naturali potentia eloquentiam deliberationem memoriā: ⁊ vt vult Ptholomeus femora atq; nates egritudines eius ſunt: mentis perturbatio: mania: melancolia: epilenſia: precipitatio: tuſſis: ſputi quoq; habundātia: ſimiliter ⁊ alia quecūq; ex ſiccitate incongrua proueniunt: Eius figura ē habere albedinem cū nigredine ⁊ cū elaueta fronte cū longitudine faciei: naſi ac digitorū eiuſq; oculi ſunt pulchri nō totaliter nigri.

Luna omnibus planetis inferior exiſtit beniuola feminea nocturnā fri-
gida ac humida calida tamen accidentaliter a lumine recepto a ſole au-
gumentatur quoqꝫ ac minuitur lumine prout a ſole aſpecta eſt: eius
beniuoli ſunt Juppiter venus ac ſaturnus: inimici eius ſunt Mars ⁊
mercurius: ex naturali potentia ex membris habet guſtum: deglutio-
nem: ſtomacum: ventrem: mulierum pudenda: participationeꝫ quoqꝫ
in omnibus membris ſiniſtre partis. ex naturalibus virtutibus expul-
ſiuam habet. egritudines ſunt paraliſis: vultus obliquitas: membroꝝ
commotio: ⁊ id genus que ex neruorum opilationibus proueniunt: ⁊
ſuorum hominum figura eſt eē album confectum rubore iunctis ſuꝑ-
cilijs: ⁊ habere oculos non ex toto nigros cū rotunda facie ac pulchra
habenſqꝫ ſignum in facie.

Licet caput ⁊ cauda draconis non ſint planete tamen ex conuenientia
cum ipſis hic pertractandum eſt.

Caput ponitur inter fortunas naturaque eius compoſita eſt ex Joue
⁊ venere: ſed eſt variabilis ac conuertibilis nature: nam cum fortunis
auget fortunam ⁊ cum infortunis augumentat malitiam: Amici eius
ſunt Juppiter ⁊ venus inimici ſaturnus ⁊ mars.

Cauda draconis inter infortunia collocata eſt compoſiteqꝫ nature ex
ſaturno ⁊ marte ⁊ eius natura eſt minuere fortunas ⁊ augere infortu-
nas: Nam mala cum bonis ⁊ bona cum malis. i. ex eiuſdē nature: ami-
ci eius ſunt ſaturnus ⁊ mars reliqui oēs inimicantur ei.

Ex ſignificationibus quoque naturalibus eſt vt quidam dicunt ꝙ ſol
animam ſignificat: luna cogitationem: ſaturnus merorē laborē ac tri-
ſtitiam: Juppiter ſapientiam ⁊ rationem: mars iram furtum ⁊ celerita-
tem: venus gaudium ac ludos: mercurius rōnabilitatē ſeu dialecticā.

Pueri etiam in materno vtero a planetis gubernantur. nam in princi-
pio conceptionis cum in ventre matris exiſtunt a planetis eius guber-
natio habetur: nam primus menſis ab hora conceptionis eſt Saturni
ſecundus Jouis: tertius martis: quartus ſolis: quītus veneris: ſextus
mercurij: ſeptimus lune: octauus iterum redit ad ſaturnum ⁊ cuꝫ ipſe
inimicatur nature: ideo eſt ꝙ nunꝗ̄ natus in octauo menſe viuit: no-
nus menſis datur Joui ⁊ eius benignitate viuit.

Uita quoqꝫ humana planetis gubernatur. i. quilibꝫ certo tempore ali-
qualiter diſponit Luna cum propinquior nobis ſit ab egreſſu nati ex
vtero diſponit per tres annos qui nutricationis dicuntur: mercurius

poſt iſtos per decem. Venus ſubſequitur per annos octo. Sol per decē ⁊ nouem gubernat: deinde mars per annos quindecim. Juppiter d̄o 12. Saturnus d̄o ꝑ triginta: vt q̇dam dicūt aut vſq₃ in finē vite.

Tabula de dn̄io accidētali planetaꝝ ſuper mēbra corporis humani.

	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☽
♈	Pectus	Ventrē	Caput	Femora	Pedes	Crura	Genua
♉	Vētre₃	Dorſum	Collum	Genua	Caput	Pedes	Crura
♊	Ventrē	Inguina cū adia.	Pectus	Crura cū adiacēti.	Collum	Caput	Pedes vel femora
♋	Virilia cū adia.	Femora	Pectus	Pedes	Brachia cū hume.	Oculos	Caput
♌	Inguina cū adia.	Femora cū geni.	Ventrē	Caput	Cor	Hume. ac guttur	Collum
♍	Pedes	Genua cū adiacēti.	Ventrē	Collum	Ventrē	Cor	Humeros
♎	Genua cū adia.	Oculos cū adia.	Genua cū adia.	Humeros	Caput	Ventrē	Cor
♏	Taloſ cū adiacēti.	Pedes	Cap̄. bra. ſum. ⁊ fe.	Cor	Inguina cū adia.	Dorſum	Ventrem
♐	Pedes	Caput ⁊ crura	Pedes ⁊ manus	Ventre₃	Femora ⁊ brach.	Verēda ⁊ cor	Dorſum
♑	Caput ⁊ pedes	Oculos ⁊ genua	Hume. ⁊ crura	Dorſum	Cor ⁊ femora	Inguina cū adia.	Femora ⁊ coꝝ ſubſe.
♒	Caput ⁊ collum	Hume. pec. ⁊ pe.	Talos ⁊ cor	Inguina cū adia.	Genua cū adia.	Cor ⁊ femora	Verenda cū adiacēt.
♓	Brac. cū hu. ⁊ col.	Caput ⁊ cor	Talos ⁊ ventrem	Femora cū adia.	Collū ⁊ dorſum	Crura ⁊ inguina	Ilia

DE hoc dominio accidentali non ſic ſimpliciter intelligendũ eſt quoniã vt doctores ponũt: dicũt ꝙlibꝫ ĩtelligi ꝙ he accidẽtales dominationes in mebris humanis intelligende ſunt cuꝫ planete fuerint in nominatis ſignis ⁊ fuerint poſtea in domibus ſignificantibus membra: egritudines: vt in ſubſequẽti figura dicet: ⁊ ꝙ nõ ſunt ſigna tantum quibus mediantibus planete ſic ſignificant: ſed ſunt domus cum planeta in tali ſigno dicta membra ac dictas egritudines ſignat: ⁊ quanto beatior fuerit dux .i. planeta habens plures dignitates: tam ratione ſigni ꝙ̃ figure de ſuis mẽbris eius deputatis poſſidet.

Diuiſio humani corporis ſcd̃m domicilia: ⁊ reſpectu accidẽtalis ducatus planetarum.

Prima domus habet caput ⁊ faciem oculorum atiem aures polippuꝫ oriſqꝫ fetorem.

Secunda domus habet collum ⁊ guttur cum ſuis accidentibus que ſunt glandule fiſtule ⁊ ſimilia.

Tertia domus habet humeros cum brachijs lacertis ⁊ manibus cuꝫ ſuis accidentibus.

Quarta domus habet pectus pulmonem yſophaguꝫ ſplenem ⁊ quicquid interius ledat pectora.

Quinta domus habet epar ſtomacum ⁊ cetera cibos digerentia neruos latera dorſum eorumqꝫ accidentia.

Sexta domus habet inferiora ventris cum inteſtinis ⁊ colon vſque ad podicem eorumqꝫ incommoditates.

Septima domus habet vſqꝫ ad clunem ab vmblico cum alijs femoribus renibus lumbis eorumqꝫ incommodis.

Octaua domus habet veſicaꝫ pectinẽ genitalia ſpinã medullã podicẽ eorum accidentia que ſunt illeo tenaſmon.

Nona domus habet ſperma coxarum medietatem cum clune eorumqꝫ adiacentibus.

Decima domus habet partem coxarum inferiorem ⁊ genua cum ſuis incommodis.

Undecima domus habet crura vſqꝫ ad talos cũ ſuis incõmodis.

Duodecima domus habet talos ⁊ pedes cum ſuis impedimentis que ſunt tumor artethica podagra ⁊c.

h Abent planete in domibus poteſtatem: nam poteſtas aſcendētis.i.prima domus cum planeta: ibi fuerit dicitur poteſtas: vt 12.medij celi.i.decime: vt.11.occidentis: q̄ ſeptima dicit̄: vt.10. angulus terre qui ſeptima eſt: vt.9.⁊ he oēs domus anguli dicūtur ⁊ fortiores alijs ſunt. Undecime domus poteſtas ē: vt.8.quinte vt ſeptēnone vt.6.tertia vt.5.⁊ he domus dicūtur ſuccedentes cum aliquali diminutione fortitudinis ab ante dictis: relique quattuor: poteſtas octaue domus erit: vt quattuor: ſcđe vt.3. duodecime vt.2.ſexte vt vnum: ⁊ dicuntur iſte cadentes ⁊ omnibus debiliores exiſtunt.

Dicuntur planete in domibus gratulari Mercurius gaudet in aſcendente Luna in tertia domo Venus in quinta. Mars in ſexta Sol in nona Juppiter in decima ſaturnus in duodecima.

Domus etiam colorate preſumuntur: nam prima cum.7.ſunt albe ſecūda cum.12.virides: tertia cum.11.crocee: quarta cum.10.rubee: quinta cum.9.mellite: ſexta cum.8.nigre.

Sunt quarte domorum maſculine ac feminine. nam quarta maſculine ſunt ab aſcendēte vſqꝫ ad decimam ⁊ a ſeptima vſqꝫ ad quartā. Feminine vero a decima vſqꝫ ad ſeptimam ⁊ a quarta vſqꝫ ad aſcendentem Planete feminini gaudent in femininis quartis ⁊ maſculini i maſculinis.q̄rtis ⁊ ſimiliter in ſignis: ⁊ dicitur tunc planeta in ſuo hayz cum femininus Planeta eſt in ſigno. ac quarta feminea ⁊ maſculinus econuerſo.

Multa alia ſunt gaudia planetarum: vt per aſpectum velocitatem curſu orientalitatem: occidentalitatem: meridionalitatē ſeptētrionalitatē diurnitatem: noctualitatem: per ortum ac occaſum ante vel poſt ſolem ac etiam per multa alia: vt a pluribus doctoribus habetur que breuitatis cauſa dimitto.

Debilitas ſeu infortunia planetarum antedictis per contrarium ac etiā multa alia ſunt vt a doctoribus habentur.

Significationes domorum he ſunt.

Prima domus vite: queſtus dat eſſe ſecunda:
Tertia valt fratres: preſentat quarta parentes.
Quinta fouet prolem: carnis dat ſexta dolorem
Septima dat nuptum: pereat octaua faretrum.
Nona viam laudat: ſolumqꝫ decena fatigat.
Felix vndena: magis infelix duodena.

Tertia pars principalis de vtilitatibus tactis in inſtrumentis: ⁊ primo de mãſionibus. ☽ verificatis anno. 1482.

Illuſtriſſime princeps poſt notitiam motuum planetarum ac etiam rerum que pertinent ad noticiam dicendorum que introductoria dicitur: ad vtilitatem rerum poſitarum in inſtrumentis deueniam. Nam in tabula motus acceſſus ac receſſus none ſpere poſite ſunt manſiones lune cum aliquibus ſtellis de quibus nullam vtilitatem diximus: ſed tantum ordines ipſarum narrauimus: nunc vero vtilitates addende ſunt: ⁊ quid ſit ipſa manſio vt labores noſtri famoſiſſimi ac doctiſſimi Guilelmi non pereant.

Manſio lune eſt certa proportio zodiaci octaue ſpere reſpectu decime habens in ſe determinatã virtutẽ mediantibus ſtellis in tali portione exiſtentibus: ⁊ ſcd̃m variam naturam ac magnitudinem varios effectus inducunt: ſed cum a Guilelmo noſtro ratione paruitatis inſtrumenti non oẽs ſtelle prime ſecunde ac tertie magnitudinis poſite ſint: cum magnam habeãt virtutẽ: ego aliquas verificaui: vt in tabula ipſarum apparet: nam habita quacũqꝫ manſione cernere potes: ſi qua ipſarum ſtellarum in ipſa reperitur.

Cum vero. ☽ .in prima manſione fuerit fac iter: medicinam ſumas: beſtias primitus laboribus immitte: indue ac incide indumẽta: Nouas cimbas in mari mitte: bellica inſtrumenta incipe: arbores planta: malum eſt vxorem ducere ac ſeruos emere diciturqꝫ cornua arietis: ⁊ eſt temperata.

Secunda ſicca eſt: vocaturqꝫ venter arietis. bonum marinum iter inchoare: fodere puteos aut foueas ac eos purgare: beſtiaſque domitas emas: mala eſt ſeruorum emptio ac malum vxorez ducere. punieturqꝫ acriter qui cauſa delicti detentus erit: ⁊ tarde liberabitur.

Tertia ☽ manſio humida eſt vocaturqꝫ caput Tauri: in qua bonũ ẽ medicinam ſumere non longum iter incipias: ignea opera ac venationem exerce mercare ac emas domeſticas beſtias: malum vxorem ducere: cimbas in mari mittere: ſeruos emere: nouas veſtes incidere ac induere: ſeminare plãtare: ⁊ ſiqs in carcere poſitus fuerit tarde liberabit᷑

Quarta manſio humida eſt diciturqꝫ oculus tauri: bonum eſt ſemina ſulcis mittere: hedificia fundare: ſeruos ac beſtias emere: reges coronare: veſtimenta noua induere ac radere: malum naues in mari mitte-

re: vxorem ducere: carcerati non euadent: niſi cum maximo diſpendio reſpectu ſui.

Quinta manſio ☽ ſicca eſt ⁊ caput canis validi vocatur. bonū eſt vxorem ducere: ſeruos emere: iter incipere medicare: pueros primitus ad litteras ponere: malum eſt hedificia fundare: iter marinum inchoare: carcerati tarde liberabuntur.

Sexta māſio ☽ temperata eſt: ⁊ dicitur ſidus paruum. bonum eſt iter incipere: bella inchoare: venationes exercere: naues incipere ac eas in mari mittere: malum eſt ſeminare: medicinam ſumere: cenſum alicui dare: veſtimenta noua induere: aliquid alicui accomodare: ⁊ ſi quis in carcere detentus fuerit: niſi tertia aut quarta die liberabitur diu lugebit in carcere.

Septima humida eſt vocaturqꝫ brachium leonis. bonum eſt ſeminare: inſerere: arare: mercantias emere ac vendere marinum iter inchoare: noua indumēta induere: beſtias primitus laboribus immittere: ſeruos emere: pacem inter inimicos ponere. malum eſt hedificare. ⁊ ſi q̄s in carcere poſitus fuerit: niſi tertia quarta vel q̄nta die liberet̄ diu liberationem ſuam optabit.

Octaua manſio temperata eſt vocatur nebula. bonum eſt vtere medicinis: pānos incidere ac induere: iter marinum inchoare: malū eſt vxorem ducere ſeruos emere: ⁊ ſi quis detentus fuerit tarde liberabit̄.

Nona manſio ſicca eſt ⁊ dicitur oculus leonis. bonum eſt galeas primitus in mari mittere ac hedificare: malum eſt iter marinum inchoare veſtem nouam induere: ſeminare. ⁊ ſi quis in carcere poſitus erit tarde liberationem conſequetur.

Decima humida eſt appellaturqꝫ frons leonis. bonum eſt vxorem ducere: hedificia inchoare: malum eſt terrenum iter incipere: cenſus alteri dare ac depoſitum facere: noua indumenta induere ac tardā liberationem habebit qui in carcere poſitus fuerit.

Undecima ☽ manſio temperata diciturqꝫ capillus leonis. bonum eſt ſeminare: plātare: inſerere: ciuitates ſeu caſtra debellare: malū eſt nuncium mittere detenti in carcere tarde euadent.

Duodecima manſio humida eſt vocatur cauda leonis. bonum eſt vxorem ducere: nouas veſtes induere: ſeruos emere: terrenum iter inchoare: hedificiaqꝫ fundare: malum naues in mari mittere: ⁊ in carceribus detenti cito exibunt.

Decimatertia temperata ⁊ dicitur canis. bonum eſt medicinam ſume/
re: ſeminare: arare: vxorem ducere: terrenum iter inchoare: ſeruos eme
re: noua veſtimenta induere ac incidere: ⁊ ad reges accedere. malū na/
uem in mari mittere: capti tarde liberabunt᷑ ⁊ incōmodum patientur.

Decimaquarta manſio temperata eſt: vocaturqꝫ ſpica. bonum eſt me/
dicinā ſumere: vxorē ducere: ſeruos ac mercātias emere: cimbas in ma
ri primitus imittere: ſeminar̄ arare malū plātare: terrenū iter inchoa/
re: cenſus alicui in cuſtodiaꝫ dare: ⁊ ſi quis in carcere poſitus fuerit tar/
dam liberationem conſequetur.

Decimaquinta humida eſt diciturqꝫ cohoperta. in ipſa nāqꝫ bonuꝫ eſt
canales foueas puteos fluuios fodere: ſiue expurgare: domum funda/
re ac ipſas habitare incipere. malum eſt vxorem ducere: iter terrenum
ſiue marinum inchoare: medicinam ſumere: cenſus alteri in cuſtodiaꝫ
committere: ſeruos ac veſtimenta emere.

Decimaſexta manſio humida eſt cornua ſcorpionis dicta. bonum eſt
medicinam ſumere ac ſeruos emere. malum vxorem ducere: iter aliqđ
incipere medicinam ſumere: plantare: ſeminare: pannos nouos incide
re ac induere: detenti cito liberabuntur.

Decimaſeptima ☽ manſio humida eſt ⁊ corona dicitur. bonum eſt in
ea veſtimenta noua induere: beſtias emere ac ipſas ad paſcua ponere:
dilectionem alicuius primitus inquirere ac medicinam ſumere. maluꝫ
eſt vxorem ducere ac ſeruos emere.

Decimaoctaua ſicca eſt ⁊ appellat᷑ cor ſcorpionis. bonum eſt dignitatē
ſuſcipere: iter inchoare: terras emere: hedificare: ac medicinam ſumere
malum ſeruos emere ac vxorem ducere.

Decimanona humida ⁊ dicitur cauda ſcorpionis. bonū eſt initiare bel/
lum ac obſeſſionem facere: litigare ac iter incipere. malum vxorem du/
cere: ſeruos emere: cenſum alteri in cuſtodiam dare: nauē in mari mit/
tere: ſeminare: plātare: inſerere: ⁊ ſi quis captus fuerit aut trucidabitur
aut diu in carcere permanebit.

Uigeſima manſio humida ⁊ trabs vocatur. bonum eſt beſtias emere
domeſticas: iter inchoare: ſed pro alijs rebus nō multum bona eſt de/
tenti in carcere tardam habebūt liberationē aut cruciabuntur.

Uigeſimaprima temperata eſt ⁊ dicitur deſertū. bonum ē poſſeſſiones
emere: ſeminare: hedificia fundare: noua veſtimenta induere: ſeruos
emere ac iter inchoare. mala eſt quaſi in omnibus alijs rebus: ⁊ ſi qua

mulier in ipſa mãſione vidua remãſerit in viduitate ſua diu ꝑmanebit.
Uigeſimaſecunda ☽ manſio humida eſt paſtorqꝫ nominatur bonuꝫ eſt in ea cimbas in mari primitus imponere: iter inchoare medicinã ſumere noua veſtimenta induere ac egri curam ſumere. malum vxorem ducere: ſeruos emere: ⁊ ſi quis detentus fuerit cito liberabitur.
Uigeſimatertia manſio temperata vocaturqꝫ deglutiens. bonum eſt iter incipere: medicinam ſumere: veſtimenta noua induere: maluꝫ vxorem ducere: ſeruoſqꝫ emere: cenſus in cuſtodiã alicui dare ⁊ tunc capti cito erunt liberi.
Uigeſimaquarta temperata appellaturqꝫ fortuna. bonum eſt exercitum ad bellum conducere: ſeruos emere. medicinam ſumere: egroſque mederi. malum eſt vxorem ducere: mercantias emere vel vendere: noua veſtimenta induere: ⁊ qui tunc detentus fuerit citam ſperet liberationem.
Uigeſimaquinta manſio ſicca ac papilio dicitur. bonũ eſt fortilitia expugnare: lites ſeu bella inchoare: ſeruos emere: marinum iter incipere malum vxorem ducere: ⁊ ſi quis incarceratus fuerit tarde euadet.
Uigeſimaſexta eſt ſicca diciturqꝫ hauriens. bonũ eſt naues ſeu cimbas ĩcipere: iter inchoare: ſeruoſqꝫ emere. maluꝫ vxorem ducere: medicinã ſumere: ⁊ ſi quis detentus fuerit nũq̃ liberabitur.
Uigeſimaſeptima ☽ mãſio humida eſt ⁊ dicitur hauriens ſcd̃s. in ea bonum eſt vxorem ducere: ſeruos emere: medicinam ſumere terraſque ſeminare. malum naues primitus in mari mittere cẽſus alteri accomodare ſeu cõmittere: ſeruoſqꝫ emere: tunc capti tarde euadent.
Uigeſimaoctaua ac vltima ☽ manſio temperata vocaturqꝫ dens piſcis. in ipſa nãqꝫ bonum eſt coniugium facere: ſeminare: merces emeꝛ: medicinam ſumere: iter medio ere inchoare. malum alteri cenſus accomodare ac deponere primitus naues in mari mittere: ſeruos ac ancillas emere: ⁊ ſi quis tunc captus fuerit tarde liberabitur.
Hic tamen aduertendum eſt ꝙ ea que de manſionibus diximus non ita ſicco pede intelligẽda ſunt: ſed bene dominatio tua aduertat: ſi luna fuerit in felici ac bono aſpectu ⁊ ſtatu cum planetis bonaiam dicta in antedictis manſionibus augumẽtantur: ⁊ mala minuuntur: ſi ṽo per oppoſitum bona deſtruũtur: ⁊ mala augumentantur ſcd̃m ꝓpriam ſignificationem planete cui iungitur in re illa poſita in manſione: ⁊ ſic finis de manſionibus.

Secunda pars tertie partis.

Cum in vltimam tabulam in qua de aſtrolabio phiſico dicitur
declaratum ſit: quid ſit aſpectus: tamen non diximus ſignifica
tiones ipſorum: nunc vero dicemus quid boni ſiue mali agen-
dum ſit in omni die cum luna fuerit in aſpectibus cũ planetis: ⁊ primo
cum ☉ ⁊ licet in die aſpectus lune cum planetis ſit bonus non tamẽ di
es dicenda eſt bona: ⁊ hoc pluribus ꝺ cauſis eueniri poteſt aut ex vitio
lune: vt ifra dicemus aut ex malo aſpectu planetaꝝ ad ſe inuicem.

* ☉ ac ☽ Aſpectus in qua die erit fortunata ac felix in omnibus agẽ
dis rebus: ⁊ permaxime in rebus regalibus valet ad obuiandũ loquẽ
dum viſitandumqꝫ regibus ducibus ac principibus cõſulibus ac ſapiẽ
tibus eoſqꝫ aſſociandum: ⁊ que iuſta ab eis petimus facile conſeque-
mur: ⁊ in veritate perquirẽda dies fortunata eſt.

* ♀ ☽ Dies felix in locutione ac confirmatione matrimonij ad beni
uolentiam ac amorẽ querẽdum ⁊ firmandum: indumenta noua indue
ac incide petas omnia ornamẽta corporis a peritis ac nobilibus: valet
ad loquẽdum iuuenibus nobilibus mulieribus ac principibus.

* ☿ ⁊ ☽ Dies apta ad conſulendũ ac diſponẽduꝫ de modo ac forma
alicuius opis ad loquẽduꝫ ꝯſulibus doctoribus ſcribis ac litteratis ho
minibus: natum primitus litteris impone ſeu peritum ad ſtudiuꝫ mit-
te: libros emere ornare gloſare metroſqꝫ componere optima dies eſt:
ad negociandum quoqꝫ cum mercatoribus in emendo vendendo per-
mutandoqꝫ lucri cauſa: rationemqꝫ adminiſtrationis reddere: in ea ẽt
die bonum eſt iter arripere.

* ♄ ⁊ ☽ Infelix dies ad agenda negocia iuſſu ſenum ad loquendum
ac eos ſociandum ad amorem ac beniuolentiam inutilis eſt: laudatur
in rebus ruſticis vt vendere emere, locare beſtias magnas: ad aranduꝫ
terras collendumqꝫ ortos: ad plantandum inſerẽdum ac ad amputan
dum vineas ſeu arbores ad fundandum rehedificandumqꝫ ciuitates
caſtra turres ſeu domos diruptas ruinoſas ac antiquas vt diu ꝑdurẽt

* ♃ ⁊ ☾ Dies fortunata bonum eſt iungi ducibus prelatis ſpirituali
buſqꝫ dominis ⁊ eos alloqui ac ab eis res iuſtas petere: pias ac hone-
ſtas: veritatem in ea inquirere potes: ⁊ pertractare omnia negocia bo-
na honeſta ac virtuoſa: ⁊ ꝙ iudicatum fuerit in illa die quaſi in reuoca-
bile permanet.

* ♂ ⁊ ☽ Dies laudata ad loquendum regibus ducibus militibus ac

exercitibus arma: ⁊ ad eorum incurſuz: valet ad ordinandum exercitū diſponēdumqꝫ acies ⁊ ad capiendum arma vt bellum inferatur: potes reos punire ac torquere bonos ac innocētes liberare: equos emere cauſa belli: armaqꝫ tinctoria ac omnia pertinentia ab bellum: accōmodat etiam ad diſponendum ignem pro archimia ⁊ ad imponendum ignez in fornacibus.

△ ☉ ⁊ ☽ Fortunatiſſima ac fauſtiſſima dies eſt ad agendum omnia negocia: reges principes ac dominos in ſede ac dominio imponere potes: ⁊ permaxime ſi Sol fuerit bene fortunatuſ: valet hec dies ad acquirendum honores ac dignitates magiſtrales regibus ac principibus alloqui ac eis obuiare: da munera ⁊ gratias ac honores ab eis petas: valet ēt ad inquirēdam veritatē: ⁊ ad colēdum terras.

△ ♀ ⁊ ☽ Felix dies eſt in rebus matrimonialibus: vt in contrahēdo. ac cōſumādo: voueas: veſtes icidas ac iduas hornareqꝫ potes corpus omni ornamēto ac ea petere potes: ⁊ permaxime hornamēta mulieribus pertinentia: valet etiam ad querendum amorem alicuius cauſa dilectionis.

△ ☿ ⁊ ☽ Dies apta primitus pueros litteris imponere ad diſcēdum geometriam arithmeticaꝫ ac aſtronomiam: valet etiam ad calculandum ⁊ ad menſurandum geometrice terras: ad componendumqꝫ omnia opera ſeu inſtrumēta geometrica ſeu aſtronomica: rationemqꝫ reddere mercatoribus ex mercantijs ſuſceptis ac ipſas ſuſcipe mercandi cauſa: potes alloqui ſcriptoribus geometricis aſtronomis ac mercatoribus ⁊ eis aſſociari: conuentiones cum omnibus iſtis firmare: iter arripere bonum eſt ⁊ maxime cū ☽ fuerit in ſignis mobilibus: valet ēt ad tondendum ſeu radendum pilos ⁊ ad contrahendam amicitiam cum ſcribis cancellarijs ac nuncijs.

△ ♄ ⁊ ☽ Laudabilis dies ad loquendum ſociandumqꝫ ſenibus ⁊ ad conueniendum cum eis de omni conuentione: potes plantare inſerere arare ſeminare ac vineas aptare agereqꝫ omnia opera ruſticana ⁊ permaxime bonum eſt hec opera facere cuz luna fuerit ī ſignis terreis valet ad fundandum ac minuendum caſtra ac ciuitates ad hedificandum domos: puteos foueas fode ac purga: apta ac comoda eſt in conducēdo aquas ꝓ oī opere q̄ fit cum aqua.

△ ♃ ⁊ ☽ Laudabilis dies ac fortunata ad loquendum magnis religioſis ac ſpiritualibus perſonis iudicibus legatiſqꝫ: litem incipias in

iudicio ac iuſticiam inquire: omne opus bonum ac laudabile inceptuꝫ habebit effectum cum gaudio ac proſperitate regem dominum prelatumqꝫ in ſede ac dominatione impone: ⁊ hoc maxime vt durabilis ſit cum ♃ fuerit in aliqua ſua dignitate valet etiam ad firmandum amorem ac beniuolētiam cum ex virtute ac bonitate procedit.

△ ♂ ⁊ ☽ Accomodata dies ad viſitandum reges conductoreſqꝫ armorum ac armigeros ⁊ ad eis obuiandum pro pugna exercituꝫ acies ac instrumēta bellica ordinare ac ꝑparare potes: ⁊ in vniuerſali emas omnia pertinentia ad bella: valet ad torquendum ac puniendum reos ⁊ ad liberandum bonos poſſumus ignē parare pro rebus bellicis conficiendis ⁊ ignem in fornacibus apponere pro omni re expediēda cum igne: vt ſunt lateres vitra ac his ſimilia.

□ ☉ ⁊ ☽ Infelix dies ac infortunata in omni opere: nec quid boni in ea agere poſſumus cum talis aſpectus ſit perfecte inimicitie: ſed ꝑmaxime cauendum eſt ab his rebus ab incurſu ac viſitatione noblilium ſiue magnatum nec vllo pacto litem in iudicio incipias quoniam nō ꝑficietur niſi cum labore diſpendio ac anguſtia.

□ ♀ ⁊ ☽ Dies apta ad pertractandum de matrimonio: ⁊ ad ducenduꝫ vxorē nouas veſtes incidere ac induere potes: valet ad ancillas ac ſeruos emendum ⁊ vendendum petas hornamenta corporiſ ac ipſum horna optima eſt ad conducendum operarios in laudādo ⁊ delectando in cantilenis ac melodijs muſicis.

□ ☿ ⁊ ☽ Dies laudata in miſſione legatorum ad orandum ac loquēdum ornate ad ſcribendum litteras ſeu libros: ⁊ in omni ꝑtractatione de ſcripturis conſilia a litteratis hominibus accipere potes: valet ad computum ſeu rationem reddendam ⁊ calculandum iter arripere bonum emere vendere permutare ac omnia agere que pertinēt ad mercantiam.

□ ♄ ⁊ ☽ Dies infortunata ⁊ multum verēda in nauigatione malum eſt loqui cum regibus principibus ac ſenibus cauſa negociorum ſuoruꝫ ac etiam aliquid petere ab eis obſeruandum eſt ne medicinam laxatiuam alicui exhibeas omnia ruſticana vitanda ſunt: vt arare plantare inſerere: ⁊ in vniuerſali aduerte ꝙ hec dies verēda eſt in omnibus operibus.

□ ♃ ⁊ ☽ Hec dies valet ad agendum omnia que occultare intendis coram litteratis hominibus litem incipias apta eſt ad ſcientiam theo-

ogiam ſeu moralem acquirendam ⁊ ad diſputandum de moribus fi-
de ⁊ de deo.
□ ♂ ⁊ ☽ Infelix dies ac timenda ⁊ preomnibus obſeruanda loqui cum regibus principibus militibus armigeris ac querere beniuolētiaꝫ ab eis ⁊ ponere eos in ſede ac dignitate malum ⁊ finaliter nil agēdum eſt de quo optimum finē ſperare poſſumus.
☌ ☉ ⁊ ☽ Dies mala ac vituperanda in omnibus rebus ⁊ permaxime in rebus regum ac dominoruꝫ nec iter arripias nec in iudicio litem incipias nec domum permutes ſolum accomodata ac laudata eſt ad res occultas ꝑtractandum aut de eis ratiocinari.
☌ ♀ ⁊ ☽ Optima dies ad concludendum ſeu conſumandum matrimonium: ⁊ a mulieribus ꝙ honeſtum ſit petere amoremqꝫ inquirere munera ſeu dona exhibere: valet ad emēdum hornamēta mulieruꝫ ſeu virorum ad emēdumqꝫ ancillas ſeu ſeruos longum iter arripere potes
☌ ☿ ⁊ ☽ Laudata dies computationibus ⁊ ſcripturis de nouo incipiendis ad calculandum menſurandumqꝫ terras geometrice munera regibus ac principibus dare potes emere ac vendere potes iterque incipias.
☌ ♄ ⁊ ☽ In omnibus operibus infortunata dies: ⁊ permaxime in rebus ruſticis alloqui regibus principibus ac ſenibus reprobatur maluꝫ eſt conuentionem aliquam de poſſeſſionibus laborandis facere: ac etiā in ipſis aliquid agere litem incipere ac iter inchoare malum nec reuelles rem occultam alicui quoniam detegetur: ⁊ vniuerſaliter nil boni in ea agere poſſumus die.
☌ ♃ ⁊ ☽ Apta ac comoda dies eſt ad ſanguinem minuendum: ⁊ ad conueniendum aliquem in iudicio viſitare potes prelatos ac ſpirituales dominos veritatem ac iuſticiam perquirere iter incipias: ⁊ permaxime pro re ſpirituali vniuerſaliter: apta eſt ad faciendum omne opus bonum iuſtum ac rationabile: ⁊ illud ad optimum finē ꝑducemus.
☌ ♂ ⁊ ☽ Vitanda dies in omni operatione: nam vt plurimū q̄ in tali die initiantur in rixam ac contrauerſionem terminantur ⁊ raro finiuntur non accedas ad milites nec ad illos qui preſunt bellis quoniam bellicoſa dies eſt: tantum in ea die ſanguinis minutio laudat᷑.
☍ ☉ ⁊ ☽ Peſſima dies ac ſummopere cuſtodienda in omnibus rebus agendis: ante aliquid boni in ea agere reperio. Vitanda eſt in acceſſione ſeu viſitatione regum ſeu magnatum ⁊ in inceptione alicuius litis.

malum eſt etiam plantare hedificare iter arripere ac terram colere.

☍ ♀ ⁊ ☽ Laudabilis dies in emptione ſeruorum medicinam ſolutiuam ſeu digeſtiuam ſumas: potes in ea iter arripere: ⁊ maxime pro rebus muliebribus cõfice matrimonium amorem ac beniuolentiam perquire: loqui regibus ac mulieribus bonum: ⁊ hoc maxime ſi venus fuerit in tauro: indue ac incide veſtimẽta ac ornamenta petas.

☍ ☿ ⁊ ☽ Mediocris dies laudatur ac vituperat̃ ſcd̃m eẽ ipſius mercurij: regibus ac principibus alloqui potes: valet ad mercantias exercendas ⁊ ad ſociandum ſe ſcriptoribus: natum primitus litteris imponas ac ad ſtudendum mittas: nec legatos mittas nec eos recipias: nec ad orandum rethorice te intromittas.

☍ ♄ ⁊ ☽ Infortunata dies ac vacua ab omni opere bono ⁊ hec eſt ſententia omnium aſtronomorum: iter arripere vituperatur: malum eſt ſeminare: plantare terramqꝫ colere: domos ſeu aliquod hedificium fundare: ſenibus alloqui ac reges ſeu principes viſitare.

☍ ♃ ⁊ ☽ Dies bona ac laudata in viſitatione nobilium theologorum ac religioſorum: poteſqꝫ petere res iuſtas ac honeſtas: valet ad inquirẽdam veritatem: ad aliquem librum incipiendum pertinentem ad philoſophiam ſeu theologiam: a ſenibus ac ſapiẽtibus conſilium ſumere potes: ⁊ ad iter inchoandum.

☍ ♂ ⁊ ☽ Infortunata ac mortifera dies ſummopereqꝫ in omnibus negocijs vitanda: ⁊ permaxime in rebus armorum obſeruanda: non bellum neqꝫ debellationem alicuius loci incipias: iter arripere verẽduꝫ ⁊ loqui regibus ſiue principibus ac aliquid ab eis petere maluꝫ eſt: litẽ incipere: amorẽ ac beniuolentiam querere: nec in ea bonum eſt quicqꝫ incipere de quo bonitatẽ ſeu proſperitatem ſperemus.

De eſſe lune per ſe ⁊ de vicijs eius.

☽. Feralis ſeu ſoliuaga dicitur cum in die caret aſpectu ⁊ dies illa poterit eſſe bona vel mala ſcd̃m eẽ lune: nam bonam diem dicemus cum luna remota a vitijs erit: vt inferius dicetur ac etiam ſi vadat ad bonuꝫ ac felicem aſpectum planetarum: ⁊ ab infelicibus remota ſit. Si vͦo ſit per oppoſitum dies illa dicetur mala: nam bona ac laudabilis dies eſt exempli gratia: ſi ☽ eſſet in cancro vel tauro aut ĩ domibus Iouis ſeu ſolis: ⁊ non haberet aſpectum aliquem: ſed iret ad aſpectum fortunarum per △ aut ✱. Si vero iret ad aſpectum infortunarum per □ aut ☍ diceretur mala.

Vitia lune ſeu malus ſtatus eius apud diuerſos auctores licet plures ſint: tamen ſex ad noſtrum propoſitum deducemus.

Primum vitium eſt vt luna ſit in tertio gra. ſcorpionis ſeu in toto ſcorpione cum ſit gradus oppoſitus ſiue ſignum oppoſitum ſue exaltationis: ꝛ tunc dicitur. ☽ .eē in ſuo caſu ſeu detrimēto.

Secundum vicium cum ☽ eſt in capite ſeu cauda draconis aut infra metas eclipſis ꝙ eſt. 12. gra. ante vel poſt: tam ad caput ꝙ ad caudam ꝛ quanto magis ſe appropinquat ad nodos capitis aut caude tanto ē deterior ſtatus ipſius. ☽.

Tertium cum vltime partes ſignoꝝ ſint termini malorum planetaruꝫ vt in tabula terminoꝝ dictum eſt cum ergo luna eſt in vltimis gra. ſig. dicitur eſſe in malo ſtatu.

Quartum vitium cum luna fuerit in via combuſta: ꝛ ē finis libre ꝛ pn cipium ſcorpionis: nam inter cetera mala hoc peſſimum eſt: ꝛ maxime in rebus agēdis mulieꝝ: in itineribus emēdo ac vendēdo.

Quintum eſt cum luna eſt tarda curſu hoc ē quādo mouetur in die naturali. 12. gra. tantum aut minus. 12.

Sextum ac vltimum vicium pōt eē ex hora ipſius lune: nam aliqͥd boni agēdum eſt vna hora ꝙ nō alia: vt inferius ponemus ꝛ nō ſolum in luna hoc accidere pōt: ſed ēt in oībus planetis.

Tertia pars tertie partis de horis planetarum ꝛ de ſignificatione earum.

Licet in declaratione ſexte tabule aliquid ſit dictum đ horis planetarum non tamē complete: nunc vero antedictis aliquid addemus vt ex ipſis pfectam ſcientiam habeamus ꝛ quante vtilitatis hoc ſit ſcire ab hali abenragel: ꝛ a multis alijs habetur: naꝫ ex antedictis habita hora cuius ſit planete quid boni ſeu mali agēdum ſit in illa hora ſubiungemus.

☉ Hora infortunata eſt ac in paucis bona non induas nouas veſtes: nec flebotomes: nec ſocietatem mercandi cauſa componas: nec vxorē ducas: nec beſtias emas: nec hedifices: nec dignitatem queras: nec lucrum. Et ſi aliquid lucri cauſa alicui dederis amittes illud: nec domuꝫ habitādi cauſa intres: ꝛ ſi quis infirmabitur talis homo longā patiet egritudinē: ſed non morieť. bonum eſt viſitare reges: dūmodo ſol nō occiderit: emas arma ad beſtias equitādi cā ad venationē accedas: dignitatē queras: ac regi rationem reddas.

♀ Hora bonum eſt in ea equitare ac dominium querere: intromittere ſe in iocis ac ſolacijs: ludere peregrare in longinquis partibus: ſeu red dere ad proprias regiones: vxorē ducas: medicinam ſumas: pannoſqꝫ incidere potes: ⁊ ſi aliquid muliebre incipies bonum ac laudabilē effectum habebit. malum eſt in ea hora nauim intrare: flobotomare ac vētoſas ponere: arbores plantare: ſeminare: ſeruoſqꝫ emere ac percutere: ⁊ ſi quis infirmabiť: habebit infirmitatē anxiam: ex cauſa alicuius hor roris vel ex aliquo maleficio ſeu faxinatione.

☿ Hora equita: ſcribe: nuncios mitte: medicinam ſume: ſubſtantiam acomoda ac mercandi cauſa prebe. bonum arbores plantare: hedificare: puteos fodere: ingredi ad regē: iter incipere ac pueros ad oēm diſciplinam ponere. malū ꝯiugium facere: terras ac hereditatē emere: nec te de vna domo in aliam permutes: nec de carceribus exeas quia in breui tempore ad eos reddibis.

☽ Hora non hedifices nec aliquid medendi cauſa emas: nec pannos incidas: nec pecudes ſeu armēta emas. bonum eſt fodere puteos ac foueas purgare: natum litteris tradere: inimicum proſequere: exeas terram tuam: ſed non intres in eam: fructus terre emas: ac arbores incidas qui iter facit ea hora occaſione mortis alicuius bonum habebit tñ ſi luna fuerit in ſigno terreo dānabitur hoc iudicium: ⁊ qui accomodat aliquid alicui cum labore recuperabit ⁊ cum detrimēto aliquo.

♄ Hora medicinam non ſumas nec icidas aut induas nouos pānos: nec rades aut tondeas capillos non intres nauim: nec ſeruos aut ancillas emas non minuas: nec ventoſas apponas: nec iter incipias: q̄a in eo adderunt pericula ac erit cum tarditate multa: ⁊ ſi iter fuerit marinum habebit multas undas ac ventos aduerſos. bonum eſt arare foueas ſeu puteos facere inimicum aut fugitiuū inq̄ras: arma emas ⁊ q̄ infirmabiť tali hora prolongabiť eius īfirmitas ⁊ poſtmodū morieť.

♃ Hora honora reges ac dominos ⁊ ſermonem eius habeas: fac coniugium nouas veſtes indue equitare: ſeminare plantare ac etiam hedificare potes: malum beſtias emere ac aues: non intres nauim nec minuas nec ventoſas apponas caueas a rebus igneis: nec foueas expurges ſeu fodeas in itinere bonum habebit ac lucrum a parte q̄ non ſperatur: ⁊ ſi q̄s infirmabiť cito ad priſtinam ſanitatē reduceť.


♂ Hora vituperatur ac horrenda eſt in omni re ac in omni initio nec quid boni in ea reperio.

Quarta pars tertie partis de diuiſione vniuerſi: ⁊ de domi-
bus ac ventis.

S Unt in ſpera materiali duo circuli videlicet orizon ⁊ meridianus qui circuli diuidunt vniuerſum in q̄ttuor quartas. Prima nanq̧ quarta dicitur ſepten. que eſt ab aſcēdente vſq̧ ad angulum terre: ⁊ quarta iſta continet in ſe tres domos videlicet aſcendentē ſcd̄am ac tertiam domum. Scd̄a quarta que eſt ab angulo terre vſq̧ ad occidentem dicitur quarta occidentalis: ⁊ in ſe continet q̄rtā q̄ntā ac ſextā domū. Tertia quarta q̄ eſt ab occidēte vſq̧ ad mediū celi meridionalis appellatur: ⁊ in ſe continet ſeptimā octauā ⁊ nonā domū. Ultima quarta que eſt a medio celi vſq̧ ad orientem: quarta orïētalis dicitur ⁊ in ſe habet decimā vndecimā ⁊ duodecimā domū: ⁊ ſic ſi bene colligimus vniuerſum in. 12. partes diuiſum eſt que domus cognominate ſunt: vt ante in declaratione ſexte tabule diximus.

Eſt alia diuiſio vniuerſi in medietatibus: nam prima medietas q̄ eſt a medio celi per aſcendētem ad angulum terre dicitur medietas aſcendens: reliqua medietas dicitur deſcendēs.

Eſt etiam in vniuerſo medietas dextra ⁊ medietas ſiniſtra: dextra ab occidente per medium celi vſq̧ ad aſcendentem ⁊ ab aſcendente per angulum terre vſque ad occidentem dicitur medietas ſiniſtra: Sed vt q̄ dicta ſunt magis eluceſcāt in ſubſequēti figura oīa notabo.



Um celum continue circūuoluitur circa terram ⁊ ſupra nomi
c nati duo cir culi.ſ.orizon. ⁊ meridianus continue ſtent immo-
biliter reſpectu terre ſeu regionis eiuſdez orizōtis qui circuli di
uidunt zodiacuz in quattuor quartas inequales preterꝙ̄ oriente ariete
ſeu libra quia tunc quarte ſunt equales: vt in ſpera habitum eſt a prin-
cipio om nium quartarum oritur vnus ventus: nam in primo angulo
dr̄ in iferiori pte auſter poſt occidēs demū ſeptētrio. Jn medio ēt iſtaꝝ
q̄rtaꝝ ꝯtinent q̄ttuor vēti.ſ. Sirocuſ Magiſter Grecus ac Garbinus
⁊ hoc ſcd̄z vul gares: ſed ſcd̄m docto. alr̄ dicūt vt i his ꝟſib9 ꝯtinet.

Perlege queſo rudis documenta guirarde laboris
Sed que contulerint ſane non parua legenda
Eſt boreas auſtro zephirus contrarius eulo
Limite ab occiduo: zephirus venit eulus ab ortu
A ſiria boreas ſeptemq; trionibus exit
A medioq; die deſcendit turbidus auſter
Quos greci boream atq; eulum zephirumq; notumq;
Dixere: hos ipſos proprios vertere latini
Nominibus: boreas aquilo notus auſter ⁊ eulus
Subſolanus erit zephiruſq; fauonius idem
Preſtat: ⁊ interdum boree ſeptentrio nomen
Que preſtat ſedem preſtat quoq; nomina tellus
Qui ſternit eſt boreas notus ipſe ꝙ humidus eulus.

Quinta pars tertie partis de diebus criticis.

Illuſtriſſime mi princeps cum vltimus ac perfectiſſimus medicine finis ſit hominibus ſalutē inferre cum vita in ſanitate conſiſtat vt in hoc ſeculo diutius cōmoremus: ⁊ cum hoc ſemp̄ inducere impoſſibile ſit cum cuiq; terminus vite ſtatutus ſit: vnde nō noſtrum ſemper eſt talem perfectiſſimum finem ſemper inducere: ne ignari videamus mortem pronoſticare debemus: vt ex Ouidio Non eſt in medico ſemper releuetur vt eger: ⁊ hec etiam eſt ſententia omnium medicorum: ⁊ permaxime diuini noſtri Ypocratis pronoſticorum primo dicentis Quod medicus regulis rationē ſuam munire debet: vt in ſingulis valitudinibus preterita preſentia ac futura cognoſcat ac predicet vt ex his finis medicine laudabilis exiſtat ⁊ poſt ſubdit: ⁊ cuȝ auctor in ſingulis futurum prependat q̄uis oēs minime curare poſſit ꝙ ſi poſſet: iam non futuri ꝓuiſor ſed ꝓphetis nobilior diceret.

Vnde volentes puri medici tales pronoſticationes predicere q̄ criſes vocantur in herrores ceciderunt ac varie res induxerunt ex ſignis inuentis in egris quibus mediantibus determinatum tempus inferunt criſim terminari ad ſalutem vel ad mortem. Aliqui fundantes ſe in experientia dixerunt. 7.14.20.⁊.27.eſſe diem creticam. Aliqui vero dixerunt criſim ex perfectione numerorum peruenire. Nonnulli aliquātulum ſe adherentes veritati dixerunt dies creticos cōnumerandos eſſe ex menſe apparitionis lune que fit poſt coniunctionem: alij ex mēſe peregrationis ⁊ aliqui ex cōbinatione metaſis apparitionis cum mēſe pe

regrationis ⁊ menſem medicinalem appellant cum poſt per medium diuiſerint ac in quartis diuidendo in quibus dicunt criſes fieri: ⁊ cum hec materia perample pertractata eſt: ⁊ p̄maxime a conciliatore in differentijs differētia.103.104.⁊.105.⁊ a gētili in libello đ diebus criticis ideo de hac materia quid medici ſenſerunt relinquo ac me conuertam ad ea que aſtronomi poſuerunt cum ipſi magis fundate hanc materiā pertractent: ⁊ vt ea que dicturi ſumus magis innoteſcāt ponemus q̄d ſit criſis: que erit dies critica ⁊ quid đ infirmo pronoſticare debemus.

Criſis grece latine iudicium ⁊ ſimilitudinarie ad medicinā tranſlatū eſt: vt ⁊ quēadmodum in ciuili iudicio quis iudicādus ſit perturbatur cum in dubio ſit: ſic ⁊ in tali die critica natura ꝑturbatur morbo: vnde medici dicunt criſim eſſe pugnam nature cum morbo que velox reportatio eſt ad ſalutem vel ad mortem. Dies ergo critica eſt dies in qua ſit talis pugna que mediante alicuius ſuperceleſti motu cauſatur.

Aſtronomi qui fundamētum huius rei melius medicis intellexerunt non criſim vocarunt: ſed alboharam q̄d ſonat veraces termini infirmorum: vt a ptholomeo libro cētum verborum verbo.60.in quo termino natura mouetur contra materiam ꝑ ordinatum motum a cauſis ſuperioribus inſtitutum ⁊ a luna in acutis egritudinibus peruenire dicunt in cronicis vero a ſole: ⁊ his aliqui medici aſſenſerūt cum rei veritas ſit vt Auicena aueroís conciliator ac multi alij q̄ dicunt criſes fieri ī quadris lune ab initio infirmitatis: vt infra dicemus.

Unde notandum eſt: cum luna non ſemper equaliter mouetur: vt in equāte ꝑtractatū eſt: ſic ſemper non valemus in determinato die nec hora abſolute pronunciare criſim vtputa quidam medici faciunt in.7.14.⁊c. verum eſt q̄ prope hos terminos euenit: ſed non determinate: ſed veram criſim p̄dicere debemus cum luna ꝑuenerit ad quartam partem zodiaci que prima quadra dicitur que eſt quantitas gra. zodia.90. quam quantitatem ꝑegrat luna ſcd̄m velocitatem ac tarditatem motus: nam cum velox eſt in motu attingit ad dictum terminum in.6.die cum dimidio fere: ſi vero erit tarda curſu in.7.cum diei alterius medietate: ſi ꝟo equalis curſu ad ipſam quadram ꝑueniet in.7.integros fere dies: ⁊ vt dixi de prima quadra ſic dicēdum de reliquis quadris: vt in aſtrolabio apparet iam declarato ⁊ a ptholomeo loco iam dicto.

Hoc enim aſtronomis notiſſimum eſt q̄ luna totum zodiacū ꝑegrat in.27.⁊.8.horis: ⁊ in hac cōputatione dierum criſes fiunt velocius ac

tardius vt diximus.

Hic alique friuole dubitationes intelligẽtibus inſurgunt que.ẽ ſi luna eſt cauſa creticationis morbi cum agens ſit vniuerſale quia non oẽs egritudines creticant. Dico ꝙ luna non aufert naturã egritudinis cũ multe ſint que non creticant: ſed eas augumẽtat vel minuit ſcd̃m virtutem ſuam: ⁊ ſi queratur cum duo eadẽ die infirmãtur quia criſis vnius nõ aſſimiliatur criſi alterius: ſi criſes ſup motum lune fundantur ac ſuper aſpectum planetarum: multe reſponſiones eſſent: ſed tamẽ vnam adduco. ꝙ efficatia operationis variatur ſcd̃m varietatem virtutis recipientis: vt a philoſopho habet̃: multas replicationes adducere poſſemus quorum omnium reſponſio hec eſt. impoſſibile eſt dare in natura duo indiuidua in omnibus equalia: vt medici ac aſtronomi volunt cũ complexionem ex ſitu orbium ac planetarum non tantum ſui: ſed etiaꝫ parẽtum prouenire dicunt: ⁊ hoc manifeſte apparet in podagricis: Et ſi quis replicaret ergo iudicium verum dare non poſſumus de aliqua criſi cum forſan fortunatum planetaꝫ ex ſitu natiuitatis infortunatur ac ⁊ luna in natiuitate malam diſpoſitionẽ habuit q̃ omnia in quadris egritudinis apparebunt bona.

Dico ꝙ iudicium tam medicine q̃ aſtronomie eſt duplex vniuerſale ⁊ particulare vniuerſale iudicium eſt cũ videmus in egro ſigna mala malum iudicare ⁊ cum bona bonum ꝙ iudicium forſan erit falſum. Nam ſi quis vt in experientia habui naturaliter cadentem pulſuꝫ habeat aut vrinam quaſi ſubiugalem ex amplitudine canalium ac mala ſequeſtratione: ⁊ infirmet̃: medicus qui artifex ſenſitiuus dicit̃ ipſuꝫ in ſeptima mori iudicabit additis tamen aliquibus ſignis: ⁊ tamen non morief̃. particulare iudicium medici eſt ſcire complexionem ſuam naturalem in ſanitate: ac etiam pluries eum in aliis egritudinibus viſitaſſe. ⁊ hoc eſt ꝙ Auicena ⁊ omnes fere medici clamant q̃ varietates pulſus ignorantur in infirmitatibus niſi habita noticia pulſus in ſanitate: ſic ⁊ in aſtronomia ſi videro lunam in ſeptima die egritudinis eẽ in bono aſpectu ignota natiuitate in vniuerſali iudicio ſalutem iudico: licet in particulari iudicio forſan erit malum reſpectu natiuitatis: ⁊ hoc eſt ꝙ ptholomeus. ſeptimo verbo. 100. verborum dicit non poterit ſcd̃m ſtellaruꝫ diſpoſitionem vera pronoſticari niſi qui vim anime ⁊ naturalem complexionem nouerit quapropter medicinali doctrine aſtrorum ſciẽtiam veteres adiunxerunt quatenus vtraqꝫ via procedentes ſui operis cer-

tiorem finem attingerent: ⁊ ex hoc oritur ꝙ iudicium difficile eſt: vt pri mo aphoriſmorum ab Ypocrate habetur: vnde iudicium medici in ar/ duis eſſe debet contingenter: ne poſt: ſi contrarium acciderit a vulgari ribus detrahatur cum lato ore ſalutem egris promittat. Hec materia ampla eſt nec in preſentiarum omnia adducere poſſum ſpero tamē do minationi tue non multum differre tradere libellū in quo materia iſta perample tractabitur ac inſtrumētum componere in quo tanꝗ in ſpe/ culo omnia apparebunt: ſed tantum in preſentiarum ad praticam in/ ſtrumēti poſiti in equatorio in ſexta tabula q̄ aſtrolabium phiſicum in/ titulatur deueniam.

Diximus in dicto aſtrolabio quattuor lineas eē deſcriptas ꝓ quattuor angulis in quibus lineis notate ſunt criſes. vnde debemus diligenter inueſtigare principium egritudinis ac horam ſcire ⁊ videre ī quo ſigno gra. ac aſpectu luna fuerit demum videre in quanto tempore peregra/ uerit. 90. gra. ⁊ addere tale tempus tēpori initij egritudinis ⁊ hore ho/ ris ⁊ dicere tali die mēſis ſeu ſeptimane erit criſis: ſic ⁊ in alijs quadris agas: ⁊ cum inſtrumēto ſic procedamus.

De inuentione diei critici.

S Cias primo principium morbi ꝙ eſt manifeſta leſio alicuius operationis alicuius virtutis ſiue fuerit hora decubitus ī lecto ſiue non: ⁊ ad idem tempus inuenias ꝑ equatorium verum lo cum ☽ in accutis egritudinibus quem locum: nota in zodiaco mobili ⁊ duc ſuper lineam meridianā que deputatur pro pricipio egritudinis ſic manēte zodiaco immobiliter conſidera omnes. 16. lineas ibi poſitas vt in declaratiōe aſtrolabij diximus que ꝓ angulis habetur quis gra. dicti zodiaci tangit. Scdo conſidera in quāto tempore luna motu ſuo proprio accedet ad angulum ſiue lineaꝫ prime criſis: ⁊ in illa die ac ho/ ra erit criſis quam bonam iudicemus: ſi luna ibi aliquam ex fixis ſtel/ lis notabilis quantitatis ex his que ſuperius diximus: ⁊ ſe corpo/ raliter iunxerit aut aſpexerit per aſpectum bonum cuius qualitas contraria ſit qualitati morbi tunc criſim bonam dicemus quia tunc luna iuuabit naturam in expellendo morbum: ſi vero dicte ſtelle fuerit eiuſdem complexionis cum morbo criſis erit mala: ⁊ ſi ſtella ipſa ex ſe benigna ſit ac nature conformis criſim cōpletam faciet ac morbum ab ſcindet: ſe vero maligne nature fuerit ac contrarie complexionis com/ plexioni morbi incompletam criſem adducet: ſi vō fuerit nature mali/

gne ac ſimilis complexionis morbi mortem pronunciemus in illa die 7 ſicut dictum eſt de vno angulo: ſic intelligas de alijs: ſcias tamē aſpectus planetarum in his angulis multum faciunt 7 a ſe totum iudiciū ſumunt: ſi vero luna in angulis iudicatiuis inuenerit planetam fortem: 7 in ſuo haiz vel aliquam ſtellam fixam ex maioribus tunc fit criſis: ſed non tam manifeſte vt in criticis angulis. ſed ſi luna non inuenerit aliquem planetam vel ſtellam fixam in criticis angulis nec in indicatiuis: tunc vide ſi luna inuenerit aliquē planetam fortē vel aliquam ſtellam fixam in. 8. angulis piodorum: tunc in his fiet criſis pauca ac debilis niſi p aliquē malignum ſiue benignū planetā fortificetur.

Quod iudicium de criſi non tantum p aſtronomiam facere debemus: ſed ēt p medicinalia ſigna.

S Cito die ac hora in qua fiet criſis bona vel mala: tunc inueſtiga ſi medicinalia ſigna ſupradictis reſpondeant: 7 ſic firmius iudicium proferre poſſumus: 7 hoc vult Galienus tertio de criſi ſeu de criticis diebus. Eſt. n. radix vna inferior agitabilis ac variabilis non adherēs vie vni nec ordini vni: 7 eſt elemētum ſiue materia egritudinis in qua fit generatio ac corruptio: 7 eſt alia radix ſupior adherēs vie vni 7 ordini vni 7 ſunt corpora ſupiora. ſigna medicinalia non pono quia omnia medicorum volumina plena ſunt ac vanū eēt hic enarrare: ſed tn̄ aliqua ſigna dicam quomodo criſis fiet: vt non ſolum eam pdicere ſciamus: ſ3 7 quomodo vt admirabilior appareat ſciētia.

Signa iudicantia modum criſis.

g Alienus primo de criticis diebus narrat q duobus modis criſis fit. ſ. p euacuationē aut p exituram 7 q̄ p euacuationē multis modis fit aut ex ſanguine fluente ex naribus aut a matrice aut ab emoroidibus aut criſis fit p vomitū aut p ſudorē aut p ſeceſſum aut p fluxum vrine d̕ quibus oibus ſigna ponemus.

Signa criſis q̄ fit p fluxum ſanguinis narium eſt: dolor ac capitis grauitas: maxillarum naſi ac oculorum rubor 7 lachrimarum fluxus 7 naſi pruritus: apparitio corruſcationis ac ſplendētium rex ante oculos: 7 in ſomno eas videre ac ēt ſi ſibi appareat volare: ſi ergo ſint ſigna iſta in freneſi vel i egritudie ſanguinea ac patiēs ſit ſanguineus iuuenis 7 tēpore veris criſim expecta p fluxum ſanguinis narium.

Signa p fluxum meſtruorum ſunt grauitas matricis: confractio renum ac dolor cum contractione aliquorum membrorum.

Signa emoroidarum dolor ⁊ grauitas cum pruritu circa partes ani ac pulſus magnus cum fortitudine.

Signa per vomitum capitis dolor: oculorum tenebroſitas ac offuſcatio: viſio rerum nigrarum ante oculos: dolor ſtomachi: pulſus cordis. tremor inferioris labij: hipocondriorum horipilatio ac frigus: ⁊ maxime ſi egritudo paroſiſmalis fuerit aut patiet᷑ apoſthema: in cõcauo epatis ⁊ maxime ſi fuerit iuuenis ac collerice complexionis.

Signa ꝑ ſeceſſum: egeſtio multa: vrina pauca ⁊ tincta grauitas ⁊ puntio in parte ventris ac rugitus in inteſtinis ⁊ hoc in tertiana quartana cotidiana in apoſtemate cõcaui epatis: ⁊ in multis alijs egritudinibus ſi hec apparuerint: ꝑ ſeceſſum criſim expecta.

Signa per fluxum vrine grauitas in veſica multitudo vrine ante criſim cum multa reſidẽtia: ardor virge cum grauitate veſice.

Signa per ſudorem: calefactio rubor ac roritas quedam cutis rigor ſuperueniens: ⁊ poſt ſequens vehemens febris ⁊ in ſomno ei apparet videre aquam.

Criſis que ꝑ exituram. fit vt plurimum accidit in egritudinibus peſtilentialibus malignis aut in cronicis ratione groſſitiei materie: ⁊ he ſunt vt carbunculi formica heriſipila ignis perſicus variole ſquinantia ⁊ multe alie exiture quorum vt plurimum ſigna ſunt dolor rubedo tumefacio membri in quo fiunt.

Sexta pars tertie partis principalis in qua regule ponẽtur in vtendis farmatijs.

Sententia eſt ptholomei ac omnium aſtronomorum: ⁊ ꝑ maxime conciliatoris differentia prima: ꝙ aſtronomia medicis neceſſaria exiſtit: cuius verba hec ſunt: neceſſitate non modica medicine extat aſtronomia que eſt ſcientia quantitatum ac motuum celeſtium corporum in ſe ac in ſuis effectibus vniuerſaliter conſiderata: vt ea medicaminibus electis vtamur tẽporibus quibus eſt luna felicibus contemperata planetis ⁊ ſub competẽtibus figuris: vt effectus earum in corporibus producat: diuinus noſter Ypocrates hec cõſiderans ait imperfectus ac quaſi cecus medicus qui aſtronomiam ignorat nemo quidem in manibus eius ſe ĩtromittat cum ipſa aſtronomia nõ ſit minima pars phiſice Ariſtoteles quoqꝫ de ſecretis ſecretorum Caue tibi alexander ne aſſumas medicinam nec venam aperias niſi de licẽtia ſcientie aſtrorum quia vtilitas ſcientie medicinalis alteratur ⁊ cõmodat᷑

In hoc: ideo mi princeps dicta tantorum viroꝝ cõſiderans nõ inutile
mihi viſum fuit ponere regulas ac modum eligẽdi horam cõmodam
in ſolutiuaꝝ mediciaꝝ exibitionem flobotomãdi vẽtoſandi ac cetera-
rum rerum pertinẽtium ad ſalutem humani generis vt modo facili cũ
omnes medici aſtronomi non ſint: hanc vtilitatem habeant ⁊ in ſalutẽ
egrorum melius ac cõmodius conferre poſſint.

De aſſumptione medicine ſolutiue.

Agna videtur eẽ controuerſia inter celeberrimos aſtronomos
m in quibus ſignis locãda ſit luna hora aſſumptionis ſolutiui far
machi: ac ẽt ꝙ ſignum eẽ debet in aſcendẽte: Hermes ptholo-
meus ac multi alij volunt ꝙ luna ſit in ſigno aqueo: ⁊ hoc Almãſor in
floribus confirmat ſic dicens: Meliora ſigna in capiendo purgatoria
ſunt aquatica ⁊ horum melius ẽ ſcorpio deterius ꝟo cancer. Alia opi-
nio eſt al'kindi Halij abemragel Zaelis ac ẽt halij habamech qui oẽs
dicũt lunã poni debere i libra aut ſcorpione licet Zael dicat i vltima me
dietate libre: ⁊ in prima medietate ſcorpionis. Meſahalach autez cum
multis alijs laudat: taurum virginem ſcorpionem ac piſces: ⁊ ſic ma-
nifeſte patet ex dictis ꝯtrouerſia que tñ nulla ẽ ſi eorum dicta recte itel-
ligantur: primi nãqꝫ laudantes ſigna aquea magis vacant in confortã
do naturam cum expulſiua virtus frigido ac humido cõfortat' hac ra
tione vt confortata natura vigore ſigni humores mali expellãtur a cor
pore ac magis antecedẽtes humores euacuentur ꝙ̃ coniuncti: alij autẽ
doctores cum a particulari membro ac humorem coniunctum euacua
re intendunt permuttãt ſe a ſignis aqueis ⁊ lunam collocant in ſignis
conuenientibus ad propoſitum ſuum.

De ſigno quoqꝫ aſcendẽte reſtat declarare nam antedicti doctores va-
ria ſigna dicunt debere eſſe in aſcẽdente: ⁊ hoc faciunt ſcđm qđ in cor-
poribus humanis diuerſa inducere intendunt: aliqui dicunt ſigna infe
riorum planetarum debẽt eẽ in aſcen. vt Taurus gemini cancer virgo
aut libra: alij dicunt ꝙ ſignum aſcendens ſit talis complexioniſ quales
effectus medicus poſt purgationem in corpore producere intẽdit: vt ſi
poſt purgationem caliditatem in corpore inducere intẽdimus ſit hora
aſſumptionis farmaci in aſcendẽte aereum ſignuꝫ: ſi deſiccare igneũ: ſi
humectare aqueum: ſi infrigidare terreum. Et non ſolum tantum de
aſcendẽte aliqui doctores dixerunt: ſed ẽt de loco lune ac de dño aſcen-
dentis debere eẽ in ſignis eiuſdem complexionis qualẽ cõplexionem:

vt diximus poſt purgationem inducere intẽdimus: ⁊ ſic diuerſitas do
ctorum ſedata eſt.

Uituperantur aliqua ſigna a doctoribus ꝙ nullo modo debeant eẽ in
aſcendente nec luna nec dñs aſcendẽtis ſit in eis: vt ſunt ſigna ruminã
tia: vt Aries taurus ⁊ omnibus deterior capricornus quoniaꝫ ſumpto
farmacho vomitum inducunt quãuis ⁊ alie conditiones poſſunt eẽ in
inducẽdo vomitum a predictis: vt Hermes in floribus luna exiſtente
in ruminantibus ſignis vel iuncta planete retrogrado non eſt bonum
purgationibus vti: hec.n. vomitum inferũt vel aliquas leſiones: ptho
lomeus ỽbo. 21. Purgatorium accipere luna in ſcorpione vel piſce dño
aſcendẽ. coniuncto planete qui fuerit ſub terra laudabile: ſi ỽo coniun
ctus fuerit dñs aſcendẽ. planete exiſtẽti in medio celi patietur nauſeaꝫ
Halij aũt habamech ac ẽt halij Abengagel dicunt vltra p̄dicta ſi po
nimus planetam ſignificantem humorẽ cum ꝑ ſeceſſum educere intẽ
dimus in ſignis ruminantibus talis humor educetur ꝑ vomitum. naꝫ
ſi volumus purgare malancoliam ꝑ ſeceſſum prohibemus ſaturnum
ab his ſignis ruminantibus: ſi coleram martẽ ſi fleumam lunã ſi ſan
guinẽ Jouẽ deteſtat᷑ i dãdis farmatijs luna iuncta ſaturno aut marti.
Deteſtatur leo ab omnibus doctoribus ꝙ nullo modo luna debet eẽ in
eo in aſſumptione farmachi quoniam ſignum malum eſt vt ille moder
nus ait cor grauat ⁊ ſtomachum cum luſtrat luna leonem ⁊c.

Aduerte tamẽ ne luna vllo mõ in aſſumptione farmaci ſit in aſcẽdẽte
nec ipſa luna aut dñs aſcẽ. ſit in q̃rta domo aut in octaua nec iũcti dño
octaue: nec dñs q̃rte ſit infortunatus: nec dñs octaue ſit in anguliſ: nec
ponas in fortunam in angulis. ⁊ remoue lunã: dñmqꝫ aſcen. ac ſignifi
catorem humoris purgandi ab aſpectu infortunarum quoniaꝫ inutilẽ
ac malam medicine ſignificant operationẽ: ⁊ ſi aſpexerit ſaturnus mi
nuitur operatio medicine: ſi ỽo mars effrenare facit ac multotiẽs ſan
guinẽ educere cum multa debilitate nature.

Sed vt horam electam habeamus pro euacuatione opportet vt luna
ſit in poſtrema medietate libre aut in prima medietate ſcorpionis cum
aſpectu △ aut ✳ veneris aut Jouis: ſꝫ melior ẽ veneris: ſitqꝫ aſcẽdẽs
ſignum aereum aut aqueum eiuſqꝫ dñs fortunatus ac bene diſpoſitus
dñs aũt ſigni in quo erit luna ſit fortis ac potens meridionalis ⁊ i an
gulo nec infortune aſpiciant eum ⁊ habeat applicationem cum luna: ſꝫ
ſi infortunatus erit: aſpiciat lunam △ aut ✳ aſpectu.

Si vero volueris magis a particulari membro humorem peccantem euacuare aſpicias cum luna fortunata fuerit ī ſigno deputato illi mem/bro a quo uis euacuare fortificemuſq3 ſignū quartum ab aſcen. ac eius dn̄m: ⁊ ponamus ipſum dn̄m in bono loco figure.

Si vero vt ſuperius dixi vltra euacuationem aliquam qualitatē in corpore inducere intēdimus ſituemus tale ſignum habentem qualitaetꝫ in aſcendente.

Et ſi tua hora fuerit pro euacuatione colere bonum ē vt luna ſit appli/cans Veneri: ſi pro fleumate ſit applicans ſoli: ſi pro melancolia Joui dūmodo non ſint retrogradi quoniam applicatio lune aut dn̄i aſcēdē. ad planetas retrogrados: vt ſupra diximus inferunt vomitum.

Licet ſuperius dictū ſit lunam debere eſſe in vltima medietate libre aut prima ſcorpionis tamē non adhuc hora electa eſt cuꝫ ipſa luna ſit in ſi/gnis aqueis vt ſuperius Almanſor dixit: Sed ſcd̄m ꝙ medicine poſ/ſunt eſſe in diuerſis formis in aſſumptione: ſic ēt diuerſa ſigna accomodare poſſumus: nā ſi medicīa euacuatiua ſit ī forma ꝯfectionis aut ele/ctuarij ponitur luna in cancro: ſi ꝟo ī forma liquida ponit᷑ luna in ſcorpione: ſi in forma pillularꝫ ponitur in piſce.

Sed cum volumus diuerſos humores euacuare ponimus lunā aſpi/cientem diuerſos planetas cum ipſi in potētia habeāt diuerſos humores in aſpectu △ aut. ✳ .nam ſi volumus purgare malancoliam ponamus lunam in ſupradictis ſignis cū cōditionibus ſuperius dictis aſpi/cientem Jouem ex △ aut ✳ aſpectu ⁊ hoc q̄a cōplexio Jouis cōtraria eſt complexioni humoris euacuādi.

Si vero colera purgāda ſit ponamus lunam in ſupradictis aſpectibuſ cum venere: ſi ꝟo fleuma cum ſole: ⁊ ſi inuenimus eadem die lunam habere △ aut ✳ aſpectum cum venere ⁊ ſole in eadem die materiam mixtam ex colera ac fleumate vt in nota tertiana euacuare poſſumus: ⁊ ſic de alijs planetis complicationem facere poſſumus. ⁊ ſic ex dictis patet q̄ ſit hora comoda in aſſumptiōe medicine q̄ ꝑ ſeceſſum educat.

Dimiſſis ſuperfluis: ad medicinam euomitiuaꝫ deueniamus: ſed dictū ſuperius Hermetis in floribus repetemus luna exiſtēte in ruminanti/bus ſignis vel cōiuncta planete retrogrado: nō eſt bonum purgationi/bus vti hec.n.vomitum inferunt ⁊ dictum ptholomei libro cētum ver/borum ꝟbo.21. Purgatorium accipere luna in ſcorpione vel piſce dn̄o aſcendentis cōiuncto planete qui fuerit ſub terra laudabile: ſi ꝟo cōiun

ctus fuerit dñs aſcen. planete exiſtenti in medio celi patiet̃ nauſeaꝫ ⁊ in eo non morabit̃ medicina: ideo ex his dictis ⁊ multis alijs ſupius allegatis talem horã cõmodam inueniemus.

Sit ergo luna in ſigno ruminãte: ⁊ ꝙ dñs aſcen. ſit coniunctus planete exiſtenti in medio celi aut ſit planeta ſignãs humoreꝫ euacuandum in ſigno ruminãti: ⁊ caue ne dñs octaue domus ſit in aſcen. nec aliquã comixtionem habeat cum ſignificatore humoris educendi ꝑ vomituꝫ quoniaꝫ impediret̃ eius operatio ⁊ magis erit vomitus nociuus ꝙ̃ iuuatiuꝰ nec vllo pacto luna ſit ĩ leone: vt ait Almãſor ĩ floribus. Non ẽ bona circonciſio luna exiſtente in ſcorpione ſicut non eſt bonus vomitus luna exiſtẽte in leone.

Si opus fuerit horam eligere ꝓ reſtringendo fluxum ventris opus ẽ vt des medicinam reſtrictiuaꝫ cum luna fuerit in tauro ĩ gradibus ſue exaltationis ſeu in virgine iũcta Joui ꝑ corpus: vt ait ptholomeus verbo. 19. Si quis purgatorium ceperit luna cum Joue exiſtente abreuiabitur eius opus ⁊ effectus ipſius minuetur aut ipſa luna aſpiciat ſaturnum △ aut ✳ aſpectu ſitqꝫ luna ac dñs aſcendẽtis fortunatus ⁊ aſcendens ad ſepten. ⁊ nullo modo luna aut dñs aſcen. aſpiciat martem aut venerem ſitqꝫ aſcendẽs ſignum terreum.

Cum vero egro ſternutatoria ſeu ſuffumigatiões neceſſaria fuerit opuſ eſt vt ſit aſcen. cancer aut leo aut virgo ⁊ luna ſit in aſcendẽte iuncta fortunis vlloqꝫ pacto iuncta ſit planete retrogrado aut impedito nec iuncta malis planetis ⁊ melius eſt vt luna ſit in virgine.

Si vis vti gargariſmis ſit luna deſficiẽs lumine ac curſu iunctaqꝫ fortunis ⁊ ſit in ariete aut tauro ſitqꝫ aſcendẽ. aries aut taurus ⁊ ꝓhibeas lunam a □ aſpectu ſeu a cõiunctione ſolis ſitqꝫ dñs aſcẽdentis in cancro aut leone aut virgine.

Cum electam horaꝫ alicui ꝓ flobotomia inuenire ĩtendis ſeu ad apponendum ventoſas cum ſcarificatione oportet ſummopere conſiderare vt ait ptholomeus verbo. 61. luna ẽ ꝓpria corpori ꝓpter ſimilitudinem eius in operatione: ⁊ vt vult halij cõmentãdo ꝙ luna prima omnibus planetis maiorem vim habet in corporibus vnde ipſa magis aptanda eſt in oĩbus opibus corporeis qñ neceſſitas nõ vrget: ſed iminente neceſſitate flobotomia celebrãda ẽ quomodocũqꝫ reperiat̃ luna: ſꝫ anteꝙ̃ ad electam horam accedamus diſtinguamus ĩ qua etate volumus flo

botomiam facere: ⁊ dictum Ptholomei iterum aſſumam us verbo.56.
Humiditates corporum in prima quarta lunationis creſcunt in ſcđa
decreſcunt in tertia quarta accedunt in q̄rta recedunt quapropter om-
nis electa flobotomia fieri debet ſcđm ꝓportionem q̄ttuor etatum ho-
minum atq₃ lunationis: vt iuueni fiat flobotomia: in q̄rta prima adole
ſcenti ī q̄rta ſcđa q̄dringenario ī q̄rta tertia iuuenibus: ⁊ ſeni ī q̄rta.4.
Sed aduerte anteq̄ ad vlteriora ꝓcedamus aliqua neceſſaria q̄ faciūt
pro hora flobo. eligenda: primo q̄ hora flobotomādi pōt attendi circa
diuerſa: ⁊ primo quo ad etatem lune: ſcđo in qua parte diei magis con
ueniat: tertio que ſigna ⁊ que partes celi magis conueniāt: quarto ac vl
timo q̄s planetaꝝ aut q̄ aſpectus erunt laudabiles ac inlaudabiles.
Unde ſciendum primo q̄ luna in vna quaq₃ reuolutione habet quat-
tuor etates ex q̄bus acquirit diuerſam complexionem non in ſe: ſed in
nobis influit qua acquiſita adiuuat multotiens ad educendum ſeu ad
euacuādum diuerſos humores peccantes in humano corpore. Nam
complexio lune in prima etate. ideſt a cōiunctiōe ſolis quouſq₃ mediū
ſui luminis adimpleuit ſeu ad □ aſpectum deuenit eſt calida ac humi-
da: ⁊ atteſtatrix veri ac eſt ſanguinea: ſcđa etas ſeu quadra eſt quouſq₃
totale lumen aſſumit: ⁊ eſt calida ſicca ac collerica ⁊ eſtati atteſtatur:
tertia quadra eſt cum ab oppoſitione diſceſſit quouſq₃ medietatem ſui
luminis dimiſit: ⁊ ē frigida ſicca ac melācolica ⁊ autūno atteſtat: q̄rta
dra erit poſt quouſq₃ iterum ad coniunctionem ſolis deueniet: ⁊ ē fri-
gida ⁊ humida fleumatica ⁊ atteſtatur hiemi.
His primo narratis maxima oritur difficultas inter celeberrimos do-
ctores in qua etate ſeu quadra lune fienda ſit flobotomia: ⁊ ſunt varie
ac diuerſe opiniones cum multis rationibus que ad preſens omittēde
ſunt: ſed ſi eas vis videre queras conciliatorem in differtēia.168. tamē
poſt multas diſcenſiones inuenies q̄ magis flobotomia cōuenit abſo-
lute in ſcđa demum in tertia quadra lune q̄ in aliis quadris: ſecluſo ta
men q̄ luna diſtet ab oppoſitione per.12.gra. ac etiam diſtet ab aſpectu
□ per dictam quantitatem graduum cum hii aſpectus ſint inimicitie
eſt autem commune dictum auctorum: ⁊ permaxime Halii abemra-
gel libro ac capitulo.7. Electionum flobotomia in p̄ncipio mēſis ven
toſatio vero in fine Halii autē habamech differentia.38. opportet vt
flobotomia fiat luna defficiente lumine: ⁊ poſt in fine huius differen-

tle dicit minutio quoqꝫ in initio menſis magis laudatur: vnde ex his dictis ac multis alijs q̄ ob breuitatis cauſam omitto ↄcludendum ē: ꝙ nec in principio: nec in fine menſis.i.nec in prima ſeu vltima quadra fienda eſt flobotomia.ſed in duabus antedictis quadris videlicet in ſecunda aut tertia.

Pro declaratione ſcđi dicti in qua parte diei ſeu noctis conueniat flobotomia: notandum eſt vt antedixi in parte illa de horis planetarum ꝙ dies ſiue ſit longiſſima ſiue breuiſſima: ſimiliter ⁊ nox.12.ſunt hore diei: ⁊.12.hore noctis diuiduntur he hore in quattuor quartas ⁊ quelibet quarta diei ſiue noctis cōtinet in ſe tres horas: ⁊ quelibꝫ quarta diuerſam complexionē habet: vt Almāſor ponit capitulo.44. A prima hora diei ad perfectionem tres horas.mouetur in ea quarta ſanguis: tres vero hor.ſcđe quarte ſunt accommodate colere tertie ſunt malancolie: vltime vero ſunt fleumatis equaliqꝫ diuiſione ac complexiōe diſtinguuntur quarte noctis.

Qui tales diuiſiones faciunt dicunt ꝙ prima quarta diei ac noctis accomodate ſunt pro ſanguinem extrahendo: quia in ipſis horis magis mouetur ſanguis ꝙ in alijs horis: ⁊ in ſcđa quarta diei apte ſunt pro euacuatiōe colere: ⁊ tertie hore pro malancolia ⁊ quarte pro fleumate Inde eſt ꝙ ſagaces medici cum a corporibus volunt humores euacuare conſiderant predictas quartas ⁊ quis planetarum ex beniuolis ſeu ex maliuolis dominantur in hora quartarum aptantqꝫ alia que inferius dicemus ex quibus aptationibus operationes ſue redduntur perfecte: ⁊ ſic concludendum eſt quod operationes medicinarum perfectiores ſunt cum ad aſtronomiam applicantur cum ipſa non ſit minima pars medicine: vt ſupra diximus: ⁊ ſicut diximus de horis diei ac de quartis: ita intelligendum eſt de nocte ſeu de horis noctis.

Quantum ad tertiam conſiderationem notandum eſt ꝙ ſigna aerea ſeu ignea magis laudata ſunt quo ad eſſe aſcendentis lune ac domini aſcendentis vltra predicta poſſunt etiā alia ſigna a ſupradictis eē apta ad flobotomandum: ⁊ hoc ſcđm intentionem doctorum cum volunt diuerſos humores euacuare: vt vult halij Habemragel loco ſuperius allegato dicitqꝫ ibi ꝙ ſigna aquea cōmoda ac opportuna ſunt cum per flobotomiam volumus materiam colericam admixtam cuꝫ ſanguine educere: terrea vero cum ſolum ſanguinē extrahere intendimus aerea

vero cum humores malancolicos cum ſanguine emanare volumus ignea vero exercemus pro humoribus fleumaticis educendis: vnde manifeſtum ex dictis eſt qđ omnia ſigna poſſunt adaptari: niſi in ſpeciali ſint prohibita vt poſt apparebit.

Signa tamen magis laudata a doctoribus: ſunt Aries Aquarius: ⁊ prima medietas libre: ſcđa tamen medietas eius vituperatur ex via combuſta exiſtente in ipſa. Aliqui laudant ſagittarium: ⁊ vt dixi ſcđm intentionem quam habent.

Signum geminorum quamuis ſit aereum non laudatur in flobotomia brachiorum cum ptholomeus dicat verbo.20. Tangere membrū ferro ⁊ luna in ſigno illius membri verendum. Halij autem cōmentando dicit ꝙ luna augumentat humeros in illo membro: ⁊ ideo verendum ⁊ quemadmodum dictum eſt de ſigno geminorum ſic intelligendum eſt de reliquis cum ipſa ſigna diuidantur per corpus humanum vt diximus.

Et licet etiam leo ſit ſignum igneum vituperatur in flobotomia ꝑpter ſuam exceſſiuam caliditatem ac etiam cum luna in ipſo leone ſit peregrina: ⁊ quia Leo habet ſtomacum ac cor nocumētoqꝫ inducto in hijs omnia membra leduntur cum ex hijs principalibus membris omnia membra participant: ⁊ ideo flobotomia facta luna exiſtente in dicto leone non laudatur.

Signum quoqꝫ ſcorpionis omnino vituperatur in omni flobotomia quāuis ſit ſignum aqueum ꝑpter contrarietatem quam habet cum luna: cum ſit caſus eius ac peregrina ſit in dicto ſigno ac etiam cū in ipſo ſigno ſit via combuſta.

Aliqui autē vituperant ſigna cōmunia in flobotomia hac de cauſa q̄a flobotomator pluries perforabit ante ſanguinis effuſionem aut flobotomatus flobotomiam in breui tempore repetet.

Omnium doctorum ſententia eſt qđ luna in flobotomia non debet poni in aſcendente: quia contrariatur aſcendenti nec ī quarta domo nec in.6.8.9.nec in.12.ſed alie domus accomodātur: ⁊ que magis commoda ſit inferius dicetur.

Optima ac laudata hora pro flobotomia erit ꝙ luna ſit in ſcđa aut tertia quadra ſui luminis: ⁊ ſit ī p̃ma q̄rta diei ſi ſolum ſanguinē euacuare intendimus ſeu in prima quarta noctis ſitqꝫ in horis bonorum pla-

n[illegible]tarum aſcendens ſit ſignum aereum ſiue igneum: ⁊ dominus aſcen-
dentis ac luna ſit in dictis ſignis aereis ſiue igneis non ſit luna in do-
mibus non laudatis: ſed ſit ipſa luna ⁊ dominus aſcendentis in.10.2.
3.7.aut.5.vt vult conciliator loco ſuperius allegato: ⁊ ꝙ luna nō ſit im-
pedita a domino octaue domus aut ſit coniuncta cum eo: ſitque ipſa
luna fortunata per aſpectum beniuolorum planetarum vt inferius di-
cetur: ⁊ dominus medij celi ac dominus ſigni in quo eſt luna ſit fortu-
natus: ⁊ habeat laudabilem aſpectum cum ipſa luna aut cum domino
aſcendentis: ex his itaqꝫ cōditionibus obſeruatis reddetur electio tua
pro flobotomia perfecta: ſed cum difficile ſit oīa iſta poſſe aptare apta
ergo q̄ tibi magis cōmoda videntur: caue tamen ſi aliquod aliud apta
re non potes ꝙ luna nō ſit in aliquo malo aſpectu vt inferius dicet.

Sed que ſuperius dicta ſunt adimpleamus reſtat ſolōmodo de plane
tis mentionem facere: dicemus ꝙ licet mars in omnibus rebus agen-
dis ſit infortuna ac malus planeta ſolum in flobotomando habet for-
tunam ac dignitatem ⁊ per maxime cum flobotomia fienda eſt in de-
cremento lune: tunc bonum eſt vt luna aſpiciat martem aſpectu △ vel
✳ dūmodo ipſe mars non ſit in tauro aut cancro: ⁊ ipſe taurus ſit de-
trimentū eius ⁊ cancer eſt eius deiectio: Alij omnes aſpectus martis
vituperantur apud omnes doctores.

Uitandi ſunt preterea omnes alij mali aſpectus planetaruꝫ ne ſint cū
luna aut cum domino aſcenden. vt ſunt coniunctio oppoſitio ac □ ſo
lis ſaturni ac martis coniunctio quoqꝫ veneris ac mercurij cum luna
ſeu domino aſcen. vituperatur: ⁊ hoc eſt propter maximā ꝓpinquitatē
quam habet ſol cum dictis planetis: ⁊ cum ſupradicti aſpectus fuerint
in aliqua die dies illa erit inepta ad flobotomiam.

Coniunctio vero Iouis corporaliter cum luna non eſt laudata non ꝙ
mala ſit: ſed propter effectuꝫ qđ inducit prohibet.n.effuſionem ſangui
nis: ⁊ vt ait Ptholomeus verbo.19. Quod operationes nature fortifi-
cantur ex tali coniunctione: ⁊ ſic operationes artificiales abbreuiant̄
cum natura reſiſtat ſui contrario.

Coniunctio quoqꝫ capitis ac caude draconis vituperatur in floboto-
mia: nec eſt bona quouſqꝫ quo luna non fuerit ſeparata a predictis lo-
cis per.12.gra.tam ante.ꝙ poſt: omnes alij aſpectus a prenominatis: vt
eſt △ aut ✳ ☉ Saturni ac martis ✳ △ □ ac oppoſitio Iouis vene-

ris ac mercurij laudantur ⁊ competunt in ipſa flobotomia dummodo ipſi planete non ſint retrogradi: ⁊ vltra hoc ꝙ ipſa luna reperiatur in bono ſtatu: vt ſuperius dictum eſt: ⁊ ſic cum adiutorio altiſſimi finem huius partis imponemus cum de ipſa flobotomia ample dictum ſit: vnde immortali deo gratias infinitas agemus.

Et hic finis expoſitionis Canonuz libri deſiderati equationis celeſtiuz motuum ſine calculo edite a Camillo leonardo Piſaurenſi in honorē ſyderum conditoris qui ⁊ nos conſeruare dignetur in euum.

Impreſſum Venetijs per Georgium de Arriuabenis Mantuanum. 1496. die. xxj. Julij.

Hain, 4283
Klebs 597.1